SANCTI MAXIMI CONFESSORIS,

Contra

MONOTHELITAS ET ACEPHALOS,

OPVSCVLA TREDECIM.

Nunc primùm in lucem prolata.

Interprete

FRANCISCO TVRRIANO SOCIETATIS IESV.

-------non hæc sunt edita ab illo,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Emendaturus, si licuisset, erat.



INGOLSTADII,
Ex Typographio Ederiano, apud Andream Angermarium.

ANNO M.DCV.



MARTYROLOGIVM ROMANVM DIE XIII. AVGVSTI.

Constātinopoli sancti Maximi Monachi doctrina & zelo Catholicæ veritatis insignis: qui cum aduersus Monothelitas strenuè decertaret, à Constante Imperatore Hæretico, præcisis manib. ac lingua, in Chersonesum relegatus, reddidit spiritum.

MAR-



MARCO VELSERO REIPVBLICÆ AVGVSTANÆ IIVIRO AMPLISSIMO.



VOD Poëta fieri posse negabat; *Amplissime Velsere*, id iam fit.


In caput alta suum labuntur ab æquore retrò
Flumina, conuersis solq; recurrit equis.

Redit ad te S. Maximus; nimirum, refluit ad fontem & originem suam, flumen eruditionis vberrimum & maximum, & eò regreditur, vnde egressus est, sol Catholicæ & Orthodoxæ Religionis lucidissimus, S. Maximus, quem à te acceptum, ad te reuerti iussimus, gratæ mentis testandæ gratia. Etsi gratias

ſorte à nobis nec expetis, nec exſpe-
ctas; contentus hoc officio, tibi deuin-
xiſſe ipſum Maximum ſanctimonia &
doctrina præſtantiſſimum, eiusq; cla-
riſſimum Interpreté Franciſcum Tur-
rianum, tam huic Diuo quàm multis a-
liis Patribus Græcis, quos in Latinum
verterat, nimis præproperè denatum,
& ad optatiorem, ac tranquilliorem vi-
tam translatum. Multis nominibus
multa tibi prius debebat Reſpublica lit-
teraria. Nunc nouum nomen contra-
xit, nouis per te non modò S. Maximi;
ſed & aliorum Patrum preclaris lucu-
brationibus locupletata. (quarum par-
tem nuper tomo Quarto & Quinto An-
tiquæ Lectionis intexuit V. C. *Henri-
cus Caniſius.*) Tu enim opera & auctorita-
tē tua tantũ effeciſti apud R.P. *Antoni-
um Poſſeuinum*, qui poſt mortem Turria-
ni partus iſtos leuarat, & in ſuam tute-
lam receperat; vt diutius carcere & vin-
culis attinẽdos minimè cenſeret; quod
absque pręſenti interitus periculo fieri
nõ poterat. Iam enim exemplar, quod
ipſius

ipſius Turriani autographum eſt; ita aliquibus in locis malè acceptum eſt; vt fugientes litteras difficile ſic aſſequi, quamuis ſum̃a contentione adhibita. Multa ſuperſunt eiusdem S. Maximi monumenta in Bibliotheca Bauarica, & veſtra Auguſtana, & plura in Vaticana, quæ vtinam aliquando vindicem inueniant, qui iuſto zelo commotus in lucẽ aſſerat, quæ luci debentur, non caligini; quiq; opera tum antehac edita, quam quę nunc edimus, & in poſterem edenda, colligat: & omnia membra tanti viri diſſipata in vnũ corpus compingat. Quod & tibi, *nobiliſsime Velſere*, in votis eſſe, nulla me dubitatio tenet.

Vale Ingolſtadij M. D C V.
Kalendis Februariis.





INDEX OPVSCV-LORVM S. MAXIMI.

Vertit idem Turrianus disputationem S. Maximi cum Pyrrho. Quam omittimus, quia eam ex Turriani interpretatione vulgauit Card. Baronius Octauo Annali suo.

OPV-

OPVSCVLA S.MAXIMI.

Nunc primùm edita.

EPISTOLA S. MAXIMI AD MARINVM PRESBYTERVM.

CVM propositum tibi sit, Pater in Deo honorande, amicitiam laudatissimam cum Deo inire, compositè cursum ad eum conficis, ratione quidem ad gignendam virtutem, naturam rerum circumscribens, mente verò ad constituendam coniunctionẽ cum eo sine errore, motum omnis sæculi, ac temporis terminans, ac definiens. quibus ardentius quodammodo desiderium Dei introducitur, quod quidẽ infinitate Dei motum desiderantis extendit; & in comprehensibilitate, appetitum tibi efficit incomprehensum, cuius extremũ est ipse Deus, qui efficitur dignis expletio desiderij, vt qui sit ipsa per se bonorum fruitio,

 cuius

> Ratio sustentatur vita; & vita ratione, sic est ratio hypostasis siue persona vitæ, & vita rationis.

cuius comprehensionem ratio solam experientiam scit esse, vt quæ sit plane coniunctio, supra quàm intelligi potest. quippe cum nulla forma, aut exemplo sub intelligentiam cadente exprimi, aut repræsentari posit. idcirco vita facta est tibi persona rationis; ratio verò persona vitæ, quæ duo hominem describunt verè nouum secundum Christum, ferentem exemplo & imitatione imaginem, & similitudinem Dei, quas nunc existimandum est esse veritatem & bonitatem, vt veritas sit finis contemplationis, bonitas actionis: illa aduersaria mendacij est; hæc, prauitatis.

Hinc tibi cum vsu & exercitatione virtutum coniuncta est diuinorũ dogmatum comprehensio, quæ multa cognitione, & vi necessariæ conclusionis constringitur. quã comprehensione instructus cum alioqui discerneres, & abiiceres, quod à quibusdam de voluntatibus non limatè, & diligenter propositum est, qui dicunt idem esse inter se θέλημα, καὶ βούλησιν, καὶ βουλὴν, καὶ προαίρεσιν καὶ γνώμην, ἐξουσίαν τε, καὶ δόξαν, καὶ φρόνημα, *solisque nominibus differre, futuramq́; vnam Dei, & Sanctorum voluntatem, & ob eam causam affir-*

mant

*mant habere Christum unam voluntatem e-
ligentē, tamē propter paupertatem Spiritus,
cum qua altus & educatus es, nō satis habuisti
cōfirmare per te, quod rectè iudicasti, sed me
cū imperitia nutritū, voluisti habere compro-
batorem eorum, quæ tibi bene cognita sunt.
hoc igitur facturus venio, quamuis audax, vi-
ctus tamen mercede obedientiæ. Scribam de
vno quoq; horum nominum ordine, & breui-
ter, & veluti definiens. non afferam ad scri-
bendum mea: quomodo enim afferam, quæ
non habeo? sed quæ alij elaborauerunt, ea col-
ligam, vt sciamus, quod vtroq; differunt inter
se hæc, nomine scilicet, & re.*

DE NATVRALI VOLVNTA-te, id est, appetitione.

VOLVNTATEM *naturalem aiunt esse
vim appetentem, quod est secundum na-
turam, & proprietates omnes, quæ naturæ se-
cundùm substantiam insunt, conseruantem.
hac enim voluntate naturali substantia natu-
raliter constricta esse, & viuere, & moueri se-
cundum sensum, & mentem appetit, cupiens
suam naturalem, & plenam* αὐτότητα, *id est,* * αὐτοχωρίαν.

 enti-

entitatem. est enim natura sui appetens, & eorum, quæ eam constituant, & tuentur, idq; ea ratione, qua est, secundùm quam facta est ex appetitu dependens. unde alij hanc voluntatem naturalem definientes, aiunt esse appetitum rationalem, & vitalem, electionem verò appetitionem consultatricem de iis, quæ sunt in nostra potestate. Non est igitur appetitio electio, siquidem appetitio est simplex quædam appetentia rationalis, & vitalis: electio verò congressus appetitus, & consilij, ac iudicij. appetentes enim primùm consultamus, & consultantes iudicamus, & facto iudicio præponimus deteriori, quod melius esse iudicio probatum est. & appetitio quidem solùm ex naturalibus pendet; electio verò ex illis tantùm, quæ penes nos sunt, & à nobis fieri possunt, non est igitur electio appetitio.

περὶ βουλήσεως. dicamus de voluntate non simpliciter sed alicuius rei bona, vel mala.

S*ED neque voluntas talis est electio: talis enim voluntas appetitio est phantastica, id est, sola cogitatione formata: appetitio in quam phantastica est solius cogitatiuæ facultatis*

tatis sine ratione cõsultante, eorum, quæ sunt in nobis, & quæ non sunt: vel est naturalis appetitio talis. electio verò est appetitio consultans, eorum, quæ à nobis fieri possunt. Satis quidem erat hæc sola ratio descriptionis, quæ horum nominum differentiam ostendit, ad tollendam contentionem eorum, qui superuacaneè verba faciunt; & nescio quomodo, vt honestè dicam, contra ea dicunt, quæ rectè iudicata sunt. Quia verò desiderant, qui studio inquirendi tenentur, in quæstionem amplius incumbere, dicemus aliter; aiunt, qui de his commentati sunt, non omnibus, quibus cõuenit eligere, omninò conuenit velle. dicimus enim velle quidem aliquem sanum esse, diuitem esse, & immortalem esse; eligere verò sanum esse, diuitem esse, & immortalem non dicimus. quia voluntas alicuius rei eorum est, quæ in nostra potestate sunt, & quæ non sunt. electio verò eorum tantùm est, quæ sunt in nostra potestate, quæq; à nobis fieri possunt. & rursus talis voluntas est finis; electio eorum, quæ spectant ad finem. finem igitur aiunt esse id, quod volumus, vt est sanitas. ad finem verò spectat, de quo consiliũ capitur, vt, ver-

Appetitio naturalis qualis est appetitio non simpliciter, sed appetitio bona, vel mala.

ut, verbi gratia, modus sanitatis comparanda. Quam igitur similitudinē habet consiliū cum eo, de quo consilium capitur, hanc habere dicunt talem alicuius rei cum electione. quia hæc tantum eligimus, quæ per nos existimamus fieri posse; volumus autem etiam quæ facere ipsi non possumus. Demonstratum igitur est, neque voluntatem talem esse electionem. rursus etiam demonstrabitur non esse consultationem, id est consilium.

περὶ βουλῆς ἤγουν βουλεύσεως. dicamus nos de consilio, id est, de consultatione.

C*ONSILIVM, id est, consultationem esse aiunt appetitum inquirentem de rebus agendis, quæ penes nos sunt; Eligibile verò, quod est ex consilio iudicatum. Hinc igitur patet, consultationem quidem esse in iis, quæ adhuc quæruntur; electionem verò in iis, quæ iam antea iudicata sunt: idq; liquet non solum ex definitione, sed ex etymologia.* προαιρετὸν *enim, id est, eligibile est, quod est ante aliud* αἱρετὸν *id est, ante aliud eligendum.*

περὶ προαιρέσεως id est, de electione.

E*LECTIONEM esse aiunt appetitum consultan-*

sultantem de rebus agendis, quæ in potestate nostra sunt: mixtum enim quid est, & cum multis iunctum est electio ex appetitu, & consilio, ac iudicio composita. nullum enim ex his si per se spectetur, est electio. non enim est appetitus per se, neq; consilium, neq; iudicium, sed commixtum ex his, sicut homo naturæ nostra compositus est ex corpore & anima. quandoquidem tunc, quod ex consilio iudicatũ est, fit electio, & eligendum, eum assumit appetitum. necessario igitur earum rerum est electio post consilium, de quibus erat consilium ante iudicium. illa enim eligimus, de quibus consultamus.

De quibus consultemus.

C*ONSVLTAMVS de iis, quæ sunt in nostra potestate, & per nos fieri possunt, quæq; incertum, & obscurum habent finem. Dictum est*, de iis, quæ sunt in nostra potestate. *quia solùm de rebus agendis consultamus. hæc enim sunt in nostra potestate. non enim consultamus de sapientia, quæ per se est: quia non de Deo; neq; de iis, quæ necessario, & semper eodem modo fiunt, vt de motu rotundo tem-*

do temporum; neque de iis, quæ non quidem semper manent, semper tamẽ similiter fiunt, vt de ortu, & occasu solis; neq; de iis, quæ natura quidam fiunt, non tamen semper eodem modo, sed vt plurimum, vt de canicie sexagesimum annum nati, aut pube vigesimum; neq; de iis, quæ natura quidem, sed alias aliter, in certo tempore, vt de imbribus, siccitatibus, & grandine. propter hæc dictum est de iis consultari, quæ sunt in nostra potestate. illud autem, quæ per nos fieri possunt, dictum est, quia non de omnibus hominibus, neque de omni re consultamus, immò neque de omnibus, quæ in nobis sunt, & per nos fiunt, sed oportet addere, quæ incertum finem habent. Si enim manifestus sit, & certus, non iam de eo consultamus, quamuis in nostra potestate sit, & per nos fiat. Demonstratum verò est non capi consilium de fine, sed de iis, quæ spectant ad finem. deliberamus enim, non vt ditemur, sed quomodo, & per quas vias. & vt paucis dicam, de his solùm deliberamus, quorum actio æquè contingit. æquè verò contingens est, quod æquè facere possumus atque contrarium ei: nisi enim vtrumque possimus, non de

de vtroque deliberamus: de certis enim, & manifestis, vel quæ fieri non possunt, & non contingunt, nemo consultat. si enim alterum tantum oppositorum poteramus, illud quidem erat certum, tanquam de quo nulla esset dubitatio: oppositum verò erat impossibile. vt pane, & lapide ad vescendum appositis nemo consultat, vtrum horum adhibeat ad vescendum, cum alterum sit certum; alterum verò planè sit impossibile. Hæc igitur eligimus, quæ ex æquo sunt contingentia, de quibus deliberamus.

περὶ γνώμης. dicamus nos de ſententia.

SED *neq; sententia aliqua est electio, etsi multi hoc temerè existiment, sed potius electio est sententiæ. Siquidem sententiam esse aiunt appetitum in animo infixum eorum, quæ sunt in nostra potestate, ex quo existit vel electio, vel dispositio in iis, quæ sunt nostræ potestatis, quæ appetita, & deliberata sunt: appetitus enim dispositus iudicio facto ex consilio, factus est sententia, postquam, vel, vt magis propriè loquar, ex qua electio existit. habet igitur rationem* ἐνδιάθετον. διάθεσις.

habitus

habitus, ad operationem; sententia, ad electionem.

περὶ ἐξουσίας. dicamus nos de potestate libera, siue de libertate voluntatis.

IMMO neque potestas libera est electio. electio enim, vt sæpe dixi, est appetitus deliberatiuus rerum agendarum, quæ in nobis positæ sunt: potestas autem libera est dominatio legitima agendarum rerum nostræ potestatis, vel dominatio expedita, ac libera vsus eorũ, quæ sunt in nostra potestate; vel appetitus nõ seruilis, sed liber eorum, quæ penes nos sunt. non est igitur idem potestas libera, & electio. siquidem secundum potestatem liberam eligimus; non autem potestatem liberam habemus secundum electionem: & illa quidem, id est, electio eligit; hæc verò, id est, potestas libera vtitur iis, quæ sunt in nostra potestate, & iis, quæ sunt in iis, quæ sunt in nostra potestate, id est, vtitur electione, & iudicio, & consilio. potestate enim libera deliberamus, & iudicamus & eligimus, & aggredimur, & vtimur iis, quæ sunt penes nos.

περὶ

περὶ δόξης, id est, de opinione.

SED nec opinio aliqua est electio. opinio enim est duplex; rationalis, & sine ratione. electio autem est mutabilis. opinionem igitur sine ratione, aiunt, esse cognitionẽ simplicem, & in promptu, vt cum quis profert opinionem alienam, ignorans causam eius, vt qui dicit, animam esse immortalem, & non reddit causam, quæ immortalitatẽ eius demonstret. Rationalem verò opinionem dicunt esse cognitionem secundum determinationem mentis constitutam, vt cum quis ratiocinatus de aliqua re, causam eius scienter reddit. mens enim est, quæ discurrit, & per spacia operatur, incipiens à propositione vsq; ad cõclusionem. vt verbi gratia, si cui propositum sit probare, animam esse immortalem, & dicit, anima per se mouetur, quod autem per se mouetur, semper mouetur, quod autem semper mouetur, est immortale, anima igitur est immortalis: aut rursus, anima expers compositionis est, quod verò expers compositionis est, non potest dissolui, quod autem non potest dissolui, immortale est; anima igitur immortalis est. διανοίας *enim, id est, mentis, quæ scil. discurrit,*

τῆς διανοίας.

B propri-

proprium est, conficere viã aliquam ferentem ad cognitionem rei. procedit enim à propositionibus per ratiocinationes ad conclusiones: & efficit opinionem rationalem. & rursus opinio quidem non solùm est eorum, quæ sunt in nostra potestate; sed etiam eorum, quæ non sunt; electio verò eorum tantùm, quæ sunt. Item opinionem quidem veram, & falsam dicimus; electionem verò non dicimus veram, & falsam, sed bonam, & malam. item opinio vniuersorum est; electio singularium. electio enim in agendis versatur; hæc autem singularia sunt: patefactum igitur est pluribus rationibus, non esse opinionem, electionem. Si enim opinio secundũ determinationem mentis constata, cognitio est: electio autem appetitus est deliberans de rebus agendis, quæ in nostra potestate sunt, non est electio idem, quod opinio.

περὶ φρονήματος ἤγουν φρονήσεως, dicamus nos de prudentia.

NEQVE *prudentia est electio: siquidem prudentiam, aiunt, esse appetitum contem-*

contemplantem rationales disciplinas & ad cognitionem pertinentes, vel ignorantiæ aduersariam, vel vitio sapiendi plus quam oportet; electionem verò, vt variis rationibus ostensum est, appetitum consultantem de iis, quæ in nobis sunt. Aiunt autem fieri hoc modo prudentiam: primum motum mentis vocant noticiam; noticiam alicuius rei vocant notionem; hæc cum resedit, & animam informauit figura rei intellectæ, appellatur cogitatus. cogitatio verò cum perseuerat, & seipsam expendit, nominatur prudentia; prudentia verò dilatata, facit διαλογισμὸν ἐνδιάθετον λόγον; dicamus nos, sermonem cordis, siue animi. quem sic describunt, cum aiunt, esse motum animæ plenissimum in ea parte, quæ ratiocinatur, factum sine vlla elocutione, ex quo, aiunt, prodire sermonem oris.

φρόνιμα, id est, effectum prudentiæ, rursus dicunt esse cognitionem rei, in quam cecidit prudentia, aduenientem ex prudentia illi parti, qua prudenter sentimus. dicunt enim pruden-

prudentiam; rem prudentiæ subiectam, partem prudenter agendi, & effectũ prudentiæ. φρόνιμα, ac prudẽtia quidem, id est, sensus prudens, est habitudo. Res prudentiæ subiecta est, in quam cadit sensus prudens: pars prudenter agendi est, potestas prudenter sentiens. φρόνημα verò, id est, effectus prudentiæ est cognitio rei prudenter perceptæ, adueniens ex prudentia parti prudenter sentiendi. quod si sic est prudentia; electio autem non sit, igitur electio non est prudentia.

Demonstratum igitur est perspicuè, vt arbitror, non esse eadem inter se, quæ proposita sunt, sicut quidam existimauerunt. Si verò dicant idem esse inter se, omninò, quia appetitus tanquam genus æqualiter de omnib. prædicatur, id est, vis naturæ ad appetendum, dicant etiam idem esse inter se species omnes animantium terrestrium, volucrum, & aquatilium; quia de omnibus æqualiter prædicatur tanquam generalius animal, ita fiet, vt euanescat ornatus vniuersi, si non existant per se res differentes; sed sint sola nomina prolata.

Quòd

Quòd omnino, vt quidam aiunt, non erit post resurrectionem vna Sanctorum inter se & Dei voluntas, quamuis vnum velint.

IGITVR *electio assumpto conatu & vsu eorum, quæ sunt in nostra potestate, finis est motus rationalis secundùm appetitũ in nobis. quod enim natura est rationale, vim habens naturalem ipsum rationalem appetitũ, quem vocant voluntatem animæ intelligentis, appetit, & ratiocinatur, & ratiocinans vult. voluntatem enim aiunt esse non illam naturalem simpliciter, sed voluntatem talem, id est, voluntatem de aliqua re; & volens quærit; & quærens considerat; & considerans, consultat; & consultans iudicat; & iudicans eligit; & eligens, conatur; & qui conatur, vtitur; & vtens, quiescit à motu secundum appetitum, quo ad illud mouebatur. nemo enim vtitur nisi prius conatus; & nemo conatur, nisi eligens; & nemo eligit, nisi iudicauerit; & nullus iudicat, nisi consultatione facta; & nemo consultat, nisi consideret; nullus considerat, nisi quæsiuerit; & nemo quærit, nisi voluerit; & nemo vult, nisi ratiocinatus; &*

βούλησιν. βούλησιν ποιάν.

 nemo

nemo ratiocinatur nisi appetens: & nullus secundum rationem appetit, nisi sit natura rationalis; natura igitur cum sit homo animal rationale, est aptus natus ad appetēdum, ad ratiocinandum, ad volendum, ad quærendum, ad considerandum, ad consultandum, ad iudicandum, ad eligendum, ad conandum, ad vtendum.

Si autem cum reliquis, quæ habet homo, natura etiam est animal eligendi potestatem habens; electio verò est eorum, quæ in nostra potestate sunt, & per nos fieri possunt, & certum finem habent, in nobis verò est ratio virtutum, quæ est potentiarum secundum naturā: Lex acta, & secundum abusum earundem potentiarū modus, passiones præter naturam gignens: igitur omnis potestate eligēdi natura præditus, aptus natus est ad recipienda opposita, & ad iudicandum; quod si ad iudicandum opposita, igitur ad eligendum omninò; quod si ad eligendum, tanquam in potestate eius sit motus in vtramq; partem, non est immutabilis naturaliter. Igitur quandoquidem consilium, & iudicium, & electio dubiorum est, tanquam in nostra potestate, quando non

νόμος ἐνεργούμενος.

sunt

ſunt dubia, ipſa per ſe omnibus veritate patefacta, non eſt electio, quæ per medias res penes nos poſitas mouetur: quia neq; iudicium, quod diſcernit oppoſita, ex quibus, quod melius eſt, deteriori antepoſitum eligimus. Si autem tunc nō eſt ſecundum legem naturæ nunc vigentem electio, ablata omni dubitatione de rebus, erit appetitus ἐνε γὴς, *id eſt, operans ſolus in mente iis, qui ſic ſecundum naturam appetent, appetitus inquam percipiens modo inexplicabili ſolam myſticam fruitionem, habuit motum per ea, quæ numerata ſunt: cuius fruitionis ſaturatio eſt accretio in infinitum ipſius appetitus fruentium, tantum vnoquoque ſupra naturam participante, quantum concupiuit; & commixtio ſine intermedio vllo cum eo, quod natura concupiſcitur. Si autem quantum quis deſiderauit, tantum rei deſideratæ participabit, ratione quidem naturæ vna omnium voluntas demonſtrabitur, modo autem motus varia.*

σύγκρασις ἄμεσος.

Quod ſi modo motus non vna omnium hominum voluntas erit, nunquam Dei & eorum, qui ſalui erunt, vt non nullis

 viſum

visum est, vna omnibus modis voluntas erit; quamuis vnum est quod Deus, & Sancti volunt, salus scilicet eorum, qui salui sunt, quæ est propositi diuini, vtpote finis ante omnia sæcula prouisus. in quo fiet saluorum inter se, & Dei, qui saluos eos facit, congressus secundũ voluntatem, in omnibus generatim, & in vno quoq; speciatim locum capiente toto Deo, qui omnia implet per mensuram gratiæ, & in omnibus impletur, qui instar membrorum proportione fidei vniuscuiusq; ipsi Deo coaptantur. Si enim voluntas Dei naturâ habet vim saluos faciendi, voluntas verò hominum naturâ salua fit, nunquam poterit idem esse. quod natura saluum facit, & quod natura saluum fit; licet idem sit vtrisq; propositum, salus scilicet vniuersorum à Deo quidem proposita, à sanctis verò electa.

Sin eadem & vna numero voluntas erit diuina & humana, opinione istorum, qui hoc dicunt: quandoquidem Deus voluntate fecit omnia sæcula, erit chorus Sanctorũ executor eâdem voluntate siue naturali, siue gnomica, hoc est, sententia, illa deniq; voluntate, vt semel dicam, quam habent Sancti eandem cum diuina.

diuina. quod quidem absurdum est, & solius, vt arbitror, mentis vagantis opus. donec enim non omnes essent creatores, vel solùm Apostoli, vel solùm Prophetæ, & hi rursus, vel Petrus tantùm, vel Moyses tantùm. Etiã non vna, sed multæ mansiones sunt Sanctis apud Deum & Patrem. & idem erit qualitate, & quantitate cum voluntate secundum naturam bona, voluntas humana secundum imitationem ad illam mota, quod fieri quidem nõ potest. Quomodo enim quod natura est participabile, idem potest esse cum eo, quod est natura sua participans? impossibile est esse vnã sententiam omnibus modis Dei, & Chori Sanctorum, quamuis, sicut dixi, vnum est, quod vtriq; volunt, nempe salus vniuersorum; in qua omnium voluntatum coniunctio fit. Sed dum ignorant illi, vt apparet, quid absurdi ex iis, quæ dicunt, oriatur ipsis, sinunt ferri mentem temerè in ea, quæ non decent. Si enim non est voluntas, vtcunq; intelligatur, vel dicatur, quæ libera & soluta sit habitudine, & quod non habet genus ad aliquid, quod de ea prædicetur, qualitas est, sed non ex iis, quæ per se sunt, vtpote cum in alio spectetur; si autem

χαρακ-τηρισικὸν ἐστι.

 est

est voluntas ex iis, quæ in alio spectantur, accidens omninò est: quod si est accidēs, vel substantiam, vel hypostasim signabit (horum enim nihil est medium, quod per se spectetur, id est, quod neutrum participet, vel ex vtrisq; cōpositum sit.) & siquidē substātiam signabit vnam naturā de Deo, & de Sanctis p̄dicabūt, omnibus per vnam voluntatē in vnam substantiam contractis. quod enim de aliquibus generatim æqualiter prædicatur, substātiam, sub qua est, declarat. sin verò hypostasim, vna omnium erit Dei, & Sanctorum hypostasis, ex omnibus inter se conflata. Quod enim alicui priuatim secundum hypostasim natura cōglutinatum est, quod in aliis sine vlla differentia & dissimilitudine spectatur, omnes inter se confundit; facitque, vt omninò non possit dignosci ratio cuiusque singularis, quomodo sit.

χαρακτηριστικὸν ἴσαι.

Quòd non potest dici in Christo vna voluntas siue naturalis, siue electiua, vt quibusdam visum est.

IGITVR *si in his ipsorum disputatio infirma fuit,*

fuit, neq; si in Christum Deum, & Saluatorem omnium transferatur, & vnam voluntatem in eo (quomodocunq; dicatur voluntas) probet, firma vnquam erit. si enim hanc voluntatem dicant naturalem, inde conuincentur fictionem Manichæi profiteri, vt qui profiteantur vnam naturam Christi, vna voluntate conueniente, declaratam, quæ natura vna Christi nec est, nec erit. & simul reperientur; deprehensi in insana imitatione Arij, & confusionis substantiarum Apolinarij, alienantes Christum secundũ substantiam à Deo Patre, & à purissima Matre: voluntas enim naturalis naturam χαρακτηρίζει, *id est, signat, quod nulla ratio inficiabitur. Quod si naturam signat, perspicuũ est, eos, qui hoc dicunt, Christum naturam esse profiteri; quod si Christus natura est, neque natura Deus; neque natura verè homo; siquidem Pater non est verè natura Christus, neq; mater natura Christus. Sin Christus natura Deus, quatenus natura Christus, qui hoc dicit, multos Deos facit, professus aliam naturam Patris vt Dei, cum nõ sit natura, Christus; & aliã naturam Christi, vt Dei, cum sit natura, Christus; & ex hoc,*

συνουσίωσις.

istorum

istorum monstro multitudo Deorum damnata euadet.

Sin autem ponunt vnam voluntatem electiuam, quam vocant gnomicam, id est, ex sententia, aut erit secundū naturam, habens omnino τὸν τρόπον *id est, morem, siue modum vsus rerum in Christo agendarum in omnibus cum ratione naturæ consentientem, atq; ita non expers paßionum, sed continens paßionum, opinione istorum, apparebit Christus, & bonus secundum progressum, quicquid sit secundum naturam. huiusmodi enim est secundum naturam electio rerum agendarum in eligente, quæ facit, vt melius præ deteriore eligatur: aut erit præter naturam, & ostendet in ipso morem vsus rerum agendarum corrumpentem rationem naturæ. huiusmodi enim est ipsa præter naturam electio rerum agendarum in eligente, quæ facit, vt deterius præ meliore eligatur. cum enim qui eligit consultando de rebus agendis, rectè, vel prauè iudicium fecit, cuius veluti suffragium est electio, aut euadit ratio secundum naturam per bonum vsum; aut per malum vsum modus præter naturam. illa quidem est nuncia ele-*

Id est, cuiuscunque naturæ sit.

τὸν τρόπον.

ctionis

ctionis ſecundum naturam; hic verò nuncius electionis præter naturam.

Quòd ſi ſecundum naturam ſit electio Chriſti, non ſolum eos rurſus de eiſdem accuſabimus, qui aliam naturam Chriſti diuinitatis, & creaturæ intermediam audacter iactant, ſed eos delirantes videbimus, qui Chriſtum faciunt tanquam ſolum hominem recipere ſecundum electionem contraria, vt Neſtorius ſenſit. Sin præter naturam, taceo blaſphemiam, quæ ex eo ſequitur, ne eos arguẽs linguam inquinem. Qui enim voluntatem eligentem in Chriſto dicunt, perſonam Chriſti omninò demonſtrarunt poſſe ſecundum naturam, & præter naturam moueri. huiuſmodi enim eſt, vt ante dixi, electio. Si autem hypoſtaſim ſiue perſonam Chriſti ſignat voluntas eligens, diſtinguunt eum ſecundum hanc voluntatem à Patre, & Spiritus S. ὡς ἑτεϱόβουλον καὶ ἑτεϱόγνωμον, *id eſt, tanquam alterius voluntatis, & ſententiæ: quod enim ſpectatur ſigillatim in filio ſecundum perſonam, prorſus ſecundum perſonam cum Patre, & Spiritu ſancto communicari non poteſt. Quicunque igitur ſanctorum Patrum in hùmanitate Chriſti electionis*

ἰδικῶς.

ctionis meminerũt, vim appetendi naturæ insitã secundum substantiam, (idẽ autem est dicere voluntatem naturalem, vel nostram electionẽ) verbo incarnato inesse κατ' οἰκείωσιν id est, secundum attributionem, significauerunt.

Quod quidem cum seruus tuus & discipulus potissimùm considerasset, in quæstionibus de dubiis in scriptura sancta ad sanctissimum Dominum meũ & Magistrũ Thalassium missis, & expositis, dixi electionem, gnarus, & sciens, si nobis factus est homo, qui hominum est auctor, nobis videlicet etiã immutabilitatem electionis, tanquã immutabilitatis auctor cõfecit, suscipiens liberè passiones quidẽ nostræ honestatis per experimentum secundum substantiam; passiones verò ignominiæ subiens secundũ attributionem ex charitate erga homines. Quarum attributionem quidem fecit esse generi humano causam vacuitatis passionum ex electione; experientiã verò fecit munere suo esse pignus, certũ & fidele, naturalis immortalitatis. humanitas enim Dei non est mota, sicut nos, secundũ electionẽ discernens ac dispiciens consilio, & iudicio contraria, ne natura secundum electionem mutabilis existima-

ſtimaretur: quin potius ſimul vt cum vnione verbi ſuam eſſentiã cœpit, ſine diſcrepantia, immò ſtabilẽ habuit motum ſecundum appetitum naturalẽ, id eſt, ſecundum voluntatem; vel, vt magis proprie loquar, ſtatũ immobilẽ ſecundum puriſsimam formationẽ ſubſtantiæ in ipſo Deo & verbo ex toto deificatæ, quã naturaliter ſine inani fictione cogitationis informans & mouens tanq̃ ſuam, & animæ ſuæ naturalẽ, magnũ œconomiæ myſterium ꝑ nobis impleuit, nihil penitꝰ, quod naturale eſſet, carni aſſumptæ detrahẽs, præterq̃ peccatũ. cuius nulla ratio vlli rei penitus ingenerata eſt.

Patefacta igitur nobis differentia nominũ per deſcriptionem diſtinctæ ad vnumquodq; accommodatam, ne conturbemur, cum audimus eos, qui vſi ſunt nominibus ſine diſcrimine in cõfuſione rerũ ſignificatarũ, ſiquidẽ non in nominib. nobis, ſed in rebus veritas eſt; ne cõturbemur in quã, & exiſtimemus idem eſſe, quod non eſt idem: quin potius piè credentes confiteamur Chriſtũ Deum verè perfectum, eundemq; hominem verè perfectum re & veritate propriè, & non ſola appellatione hominem vocatum, & idcircò duas naturas, quarum ipſe eſt hypoſtaſis, ſiquidem non eſt ſine

carne

carne, eum prædicemus; & duas voluntates naturales, siquidem non est sine anima, & mente, habere eum confidenter affirmemus; & ne audeamus nouare vocem, ad quam confugiendi non habemus à Patribus auctoritatem. vnam enim dicere voluntatem Christi naturalem, vel eligentem, non solùm propter absurdum demonstratum, metuendum est iis, qui student pij esse, sed quia nullus vnquam ex sanctis Doctoribus dixisse repertus est. Sciebant enim, verè esse electionem eorum, qui ad vtrumque, ad bona inquam, & mala, moueri, & applicari possunt, quod quidem in Christo, qui est verè substantia, & fons bonorum, vel cogitare, ne dum dicere omni impietate redundat. ac de his quidem hactenus.

De vna autem operatione posita in septimo capite quæstionum magni Gregorij aperta est ratio. describens enim Sanctorum statum in futuro, dixit vnam operationem Dei & Sanctorum illam, qua omnes Sanctos deificat in illa beatitudine, quæ speratur, vnam operationem dico Dei quidem secundum substantiam, Sanctorũ verò secundum gratiam; immò solius Dei esse adiunxerunt, quia est effectus

ctus solius diuinæ operationis, deificatio Sanctorum secundum gratiam, cuius deificationis non habemus nos facultatem naturæ ingeneratam; quorum autem non habemus facultatem, nec actionem, quæ est complementum facultatis naturalis, habere possumus. pendet igitur actio ex facultate; facultas verò ex substantia. actio enim ex facultate, & facultas ex substantia, & in substantia. Hæc igitur tria, aiunt, esse ex se inter se nexa, quod potest facere facultatem, & quod fieri potest. Ac quod potest quidem facere, vocant substantiam; facultatem verò, qua habemus motum, vt possimus. Quod potest fieri, vocant, quod à nobis secundum facultatem, natura aptũ est, vt fiat. Quod si id, quod à nobis natura fieri potest, habemus secundum facultatem naturalem. non est autem ex eorum numero, quæ à nobis secundum facultatem natura fieri possunt, deificatio, quæ non est in nostra potestate. nulla enim ratio eorum, quæ sunt supra naturam, in natura inest, igitur deificatio non est nostræ facultatis, cuius non habemus secundum naturam facultatem, sed est solius diuinæ facultatis, quæ deificatio non est in San-

ctis remuneratio operum iustorum quæ fecerunt; sed argumentum, & declaratio largitatis eius, qui auctor ipsius deificationis fuit, qui facturus est, vt hoc sint θέσει, id est, adoptione amatores virtutum, quod ipse natura esse demonstrabitur. qa ipse ratione, & modo scit, vt & perfectè cognoscatur, & maneat omninò incomprehensus. Non igitur naturalẽ operationẽ eorum, qui deificãdi sunt, sustuli, sed demonstraui solã facultatem diuinã effectricem deificationis secundũ gratiã deificatis datam.

Et nemo suspicetur, prædicari his vnã Christi operationẽ. non enim Christũ prædicamus hominem deificatũ, sed Deum perfectè hominem factum; qui facultatem siue virtutem diuinitatis infinitè infinitam, & supra quam infinitè supraquam infinitam per carnẽ anima intelligente animatam natura operantem patefecit totum Deum, & eundem hominem verè vtraq; natura perfectum, eundemq; plenißimum, & habentem perfectè omne, quod ambabus naturis insitum est excepto peccato, cuius nulla est ratio. quarum enim naturarum erat hypostasis, harum rationes secundũ substantiam naturaliter sustinebat: quod si naturarum,

rarum, quarũ erat hypostasis, rationes secundum substantiam naturaliter sustinebat, meritò etiam naturalem operationẽ carnis animatæ habebat, cuius operationis ratio secundum substantiam insita naturæ fuit. Si autem naturalem operationem, tanquam homo, habebat, cuius ratio erat naturæ constitutiua, & tanquam Deus scil. naturalem habebat operationem, cuius ratio index erat diuinitatis, siquidem, cum esset perfectus Deus, & perfectus homo, secundum vtramq; naturam, quarum erat persona, naturaliter operabatur non diuisus: si autem secundum ambas naturas, quarũ persona erat, naturaliter operabatur, non diuisus, liquet, quod cum naturis, quarum erat persona, operationes etiam, quæ ad constitutionem naturarũ pertinebant, habebat, quarũ naturarũ ipse erat coniunctio operans, vt sibi aptè ad naturas cõueniebat, & iis, quæ operabatur, veritatem earum naturarum, ex quibus, & in quibus, & quæ erat, cõfirmãs. vnus igitur est ex duab. naturis Christus diuinitate, & humanitate vnigenitũ verbũ, & filius, & Dominus gloriæ, in quib. noscitur, & quas verè esse credimus, duosq; motus naturales, &

 gene-

generales, naturasque, ex quibus constabat, constituentes, id est, duas operationes habebat, quarum effectus erant singula, quæ operabatur, quæ ex ipso prodibant, & ab ipso perficiebantur sine diuisione earum naturarum, ex quibus erat, & sine vlla quauis eorum confusione. non enim subit sectionem, aut confusionem, qui omnibus rebus præbet, vt sint, & quomodo sint, & in eo, quod sunt, & quomodo sunt, durent, & consistant, nunquam mutationibus subiectus. Hæc hactenus concisè iussu tuo, Pater sancte, dicta sint, vt habeas, si quid vtile attulerint, quibus nugas loquentium ad libidinem repellas, quæ ex duritia temporum licentiam acceperunt. & ne seruum tuum pauperem negligas, sed dita potius Spiritu diuino remunerans obedientiam meã tuis validis precationibus, meq; Christo magno Deo, & conditori vniuersi cõmendare non desinas, quem omnis creatura cum Patre & Spiritu S. in sæcula sæculorum adorat, Amen.

S.MA-

S. MAXIMI CONFESSORIS DE OPERATIONIBVS, ET VOluntatibus.

Capita Quinquaginta.

QVOD Seuerus malitiosè idem dicit esse naturâ, & hypostasim, vt per vnam naturam confusionem sanciat, & firmet; & declinet reprehensionem, si dicat naturæ nomine se hypostasim intellexisse; & rursus vt diuisionem introducat, cum profitetur vnionem ex hypostasibus, & videatur latere, si dicat accipere se hypostases pro naturis: & rursus cum accusatur, quod tollat naturas, dum differentiam nudam reponit, id est, differentiam solo nomine, confugit ad nudam in qualitate differentiam naturalem. & quod sicut Nestorius cum dicit nudam vnionem, diuisionem πραγματικὴν, id est, substantiarum introduxit, sic Seuerus cum dicit nudam differentiam naturarum, confusionem πραγματικὴν, id est, substantiarum, in differentia secundum qualitatem facit. ψιλὼς.

Verum his Seuerus argumentis in angustum adductus, & cum pati non possit vim veritatis, quæ eum torquet, rursus, vt solet, mendacium auxiliare obiicit, cum ait, idem esse in mysterio incarnationis naturam, & hypostasim; & naturalem differentiam in qualitate, & differentiam pragmaticam, ac secundum naturam: *quia omnis qualitas est naturalis, & res appellatur, vt si per vnam naturam compositam, quam ponit, reperiatur argumentis plane conuictus, profiteri fictionem Manichæi, & confusionem Apolinarij, & Eutychis contractionem vnitorum in vnam substantiam post vnionem, instar Chamæleontis colores mutantis, vocem sibi familiarem mutet, dicens, nomine naturæ se hypostasim intellexisse. sin rursus dicat ex hypostasibus, id est, ex personis factam esse vnionem, & conuincatur sentire cum Ebione, & Paulo Samosatensi, & Nestorio, in diuisione personarum, & in operatione verbi Dei secundum gratiam in Christo, tanquam in Propheta quodam; rursus habeat mendacium ad patrocinium suæ causæ paratum, asserens hypostases se dixisse pro naturis.*

Res vocat naturas, siue substantias.

Sin

Sin verò rursus iustè accusetur quod doceat sublatas esse res, id est, naturas, cum ponit nudam differentiam earum, id est, differentiam solo nomine, perfugium defensionis reperiat in differentia, secundum qualitatem naturalem, dicens, esse in Christo post vnionem differentiam qualitatum naturalium, sed non naturarum, id est, substantiam: cum alioqui malitiosus Sophista magis per vocem, quæ confusionem soluit, id est, per vocabulum differentiæ, confusionem contrariorum astringat, non faciens, vt contraria soluant confusionem secundum legem naturæ; sed potius constituant, præter definitionem, & legem naturæ; ac talis factus circa differentiam naturarũ ad circumuentionem audientium, qualis apparuit Nestorius circa vnionem. ille enim dum vnionem nominat nuda appellatione, diuisionem rerum, id est, naturarum, introducit secundum operationem: hic verò, id est, Seuerus cum tradit post vnionem, nudam re differentiam, sentit esse quidem secundum cognitionem ea, quæ differunt; secundum verò operationem eorum confusionem facit.

Nuda differentia est differentia solo nomine non veritate, & re.

Si enim Nestorius non esset opinatus nudam unionem factam esse, id est, nomine tantùm, dixisset vtiq; vnam Christi hypostasim compositã fuisse ex vnione naturarum. & hic Seuerus nisi nudam differentiam, hoc est, nomine tantùm prædicaret, non recusaret dicere in Christo post vnionem, qualitatem non diuisam, neq; partibilem differentium, sciens quod cum omni differentia omnino infertur quantitas; & cum omni quantitate connexus est numerus, qui eam declarat. fieri enim non potest, vt differentia sit sine quantitate; aut quantitas sine numero eam declarante dignosci poßit.

Ac Nestorius quidem, cum solam in Christo quantitatem naturarum cognoscat, vnam verò personam ex naturis secundum compositionem personæ scilicet non agnoscat, nuda appellatione vnionis tegit omninò diuisionem naturarum. Seuerus autem dum vnam naturam solam profitetur pro vna persona, quam profiteri deberet, quantitatem autem naturarum ignorat, confusionem naturarum nuda differentia, id est, nomine tantum differentiæ in qualitate naturali tegit, & dißimulat.

mulat. Rursus Nestorius cum tradit vnionem naturarum in sola qualitate γνωμικῇ, *id est, ad voluntatem electiuam pertinente, negat vnam personam, nolens dicere, factum esse verum congressum, ac coniunctionem naturarum secundum substantiam. auctoritas enim, & dignitas, ac talis voluntas, quarum vnionẽ esse dicebat, motus planè sunt* γνώμης, *id est, sententiæ, ex qua existit electio, sed non motus naturæ. Seuerus autem cum nudam differentiam in sola qualitate naturali post vnionem dicit, interitum eorum, quæ vnita sunt, apertè facit, negans differentiã in diuersitate naturali, secundum substantiam eorum ipsorum quæ vnita sunt. & vt in summa de his dicam, ille, Nestorium dico, vnionem qualitatum* γνωμικῶν, *id est, voluntatum, ex sententia, ad diuisionem naturarum adinuenit; hic verò Seuerus contra, differentiam qualitatum naturalium ad confusionem naturarum excogitauit, sanè quidem prauum par virorum sceleratorum, dementer conantium veritatem rectorum dogmatum contrariis viis diuellere. ille enim, id est, Nestorius, introducens vnionem qualitatum* γνωμικῶν *diui-*

Qualitates γνωμικὰς vocat pertinentes ad voluntatem ex consilio, & sententia eligentis.

sionem facit naturarum, quæ opinione eius nequaquã vnitæ sunt. Hic verò Seuerus, dicens, solum esse differentiam qualitatum naturalium post vnionem, introducit confusionem naturarum, quæ similiter opinione ipsius nequaquam vnitæ sunt, non intelligentes, quæ dicunt: oportebat enim, si sibi constare decreuissent, Nestorium quidem, aientem, factam esse vnionem qualitatem γνωμικῶν, *non diuidere naturas, quarum vnionem nec principio omninò professus est; sed quas naturas vnitas esse dicit, earum differentiam post vnionem agnoscere. Seuerum verò introducentem differentiam qualitatum naturalium post vnionem, oportebat non confundere naturas, quas non concedimus ei vnitas dicere, quamdiu ignorat earum differentiam post vnionem. differentia enim vnitorum post vnionem spectatur, quamuis Nestorius insaniat. & differentiam post vnionem, spectatur vnio, licet Seuerus se opponat, & magno studio mendacium defendat.*

Si igitur, vt Nestorius opinatur, solum voluntatum γνωμικῶν, *id est, ex sententia facta est*

eſt vnio, dicat harum etiam differentiam poſt vnionem, relicta diuiſione naturarum, quæ nequaquam vnitæ ſunt. & coniunxit Neſtorius cum differentia voluntatum ex ſententia, differentiam ſententiæ, ex qua non poteſt naturaliter demonſtrari differentia ſecundũ naturã, ſed differentia ſecundum perſonam, faciẽs, vt ſit plus aut minus bonitatis in differentia voluntatum ex ſententia, ac fecit Neſtorius peccatorem hominem opinione ſua ſecundum progreſſum à Deo deificatum, tanquam qui non haberet omni modo, & ratione eandem cum Deo voluntatem ex ſententia. differentia enim, vt dixi, voluntatum ex ſententia facit diuerſitatem, ſiue differentiam ſententiæ. diuerſitas autem ſententiæ inducit minus bonitatis. ſub qua diuerſitate qui adhuc quomodocunque tenetur, nondum perfectè factus eſt expers peccati.

In voluntatem naturalem non cadit variatio ſicut cadit in voluntatem ex ſententia, quia voluntas ex ſententia eſt voluntas eligens ſine electiua.

Igitur Neſtorius non approbans factum eſſe vnum ſecundum hypoſtaſim ex congreſſu naturarum, etiam vnionem voluntatum ex ſententia diſſoluit, cum non poſſit dicere, quid tandem vnum ex vnione voluntatum ex ſen-

ex sententia apparet, non enim potest dicere vnam bonitatem: siquidem differentia voluntatum ex sententia post vnionem, diuersitatem bonitatis maioris, aut minoris manifestè ostendit. quorum enim congressus, ac coniunctio fit, horum necesse est omninò dicere, differentiam esse. & vanè excogitatum est à Nestorio verbū ταυτοβουλίας, *id est, vnius & eiusdē consilij, tametsi ad declarādam diuisionem personarum aptum est.* ταυτοβουλία *enim, id est, idem ipsum consilium, coniunctio est consiliorum, seruans consiliorū differentiam, quæ ipso illo vno & eodem consilio coniuncta sunt, si quidem est coniunctio sine confusione, cum quibus consiliis diuisio personarum consultantium simul spectatur.*

S. MAXIMI EX EODEM TRACTATV CAP. LI. QVOD PATRES QVI DIXERUNT in Christo duas voluntates, leges naturales significarunt, non τὰς γνώμας, id est, sententias.



ERVM *nemo corrigat eum sermonem, qui prohibet dicere, duas voluntа-*

luntates γνωμικὰς, id est, ex sententia: quia videat ferè omnes magistros nobiles dicere duas voluntates; neque rursus idcircò ad vnam voluntatem, vt sentit Seuerus, mentem piam transferat. ne facia malum malo succedere, id est, confusionem diuisioni. non enim dixerunt diuini Patres quantitatem voluntatum ex sententia in Christo, sed voluntatum naturalium rectè vocantes voluntates leges & rationes naturales, ac secundum substantiam eorum, quæ in vnum copulata sunt. considerantes enim motum naturalem carnis anima intelligente animatæ, non autem motũ mentis alicuius hominis ad voluntatẽ electiuam pertinentem, habentem appetitum, ipsam vim naturalẽ appetentiæ rei naturaliter motam, & informatam à Verbo ad absolutionem dispensationis in mysterio incarnationis, sapienter appellauerunt voluntatem, sine qua non potest esse natura humana. voluntas enim naturalis est vis appetendi eius, quod est secundum naturam, & eas omnes proprietates, quæ secundum substantiam insunt naturæ, conseruandi, secundum quam semper insitum natura est ei, qui potest natura velle, vt ei sit

Quantitatem vocat numerum numerus enim est quantitatis discretę.

Naturaliter motam & informatam à verbo, id est, secundum naturam carnis, cui conueniebant natura timere mortem & esurire, Deo idem permittente carni verbo alioqui impatibili vnitæ.

ei sit ntaura ingeneratum velle. nõ est autem idem, natura ingeneratum esse velle, & velle, sicut non est idem, natura ingeneratum esse loqui, & loqui. qui enim potest loqui, semper aptus natus est ad loquendum, sed non loquitur semper: quia illud est cum substantia connexum ratione naturæ; hoc autem, cum consilio, informatum sententia loquentis. Quare naturæ quidem est, semper ingeneratum esse ei loqui; personæ verò est aliquo modo loqui; sicut naturæ insitum esse velle, & velle. Quòd si naturæ insitum esse velle, & velle, non est idem: illud enim, vt dixi, substantiæ est, hoc autem consilij volentis. habuit igitur verbum incarnatum tanquam homo natura insitum velle, vt aptus natus esset ad volendum, diuina ipsius voluntate motus, & informatus. velle enim illius, ait magnus Gregorius, nulla re contrarium erat Deo, vtpote totum deificatum. quod si deificatum est, coniunctione naturæ deificantis deificatum est. deificans autem, & deificatum duo omninò sunt, & non vnum, & natura idem. siquidem deificans, & deificatum ex iis sunt,

Aliquo modo hoc scil. vel illo.

quæ

quæ ad aliquid referuntur. quæ autem sunt ad aliquid, omninò natura eis conuenit vt se inferant reciprocè; & vt alterum cum altero cogitetur. igitur tanquam natura ortus, etiam metum mortis secundum carnem cum reliquis passionibus naturæ humanæ voluisse significatur Saluator tanquam homo, vt ostenderet incarnationem ab omni fictione solutam: & vt naturam nostram à passionibus eius propter peccatum damnatis liberaret. & rursus appetitum ostendit peccatum carne interimens, vt quod natura est ortum, tanquam homo in se ipso saluum demonstraret, & arcanum, ac magnum consilium Patris, tanquam Deus, corporeè completum esse innueret. (non enim vt pateretur, sed præcipue vt saluaret, factus est homo) ob hanc causam dixit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non mea, sed tua fiat voluntas, demonstrans simul per metum mortis, humanæ voluntatis appetitum in illa diuinæ voluntatis coinsitione secundum connexionem rationis συμφυΐᾳ.

naturæ

ἐναργής.

OEconomiam appellauerũt Patres modum vnionis naturę humanæ secundum hypostasim cum verbo Dei vnigenito. Sic videtur hic auctor didicisse & docere.

naturæ humanæ, cum modo æconomiæ formatam & factam. siquidem incarnatio est expressa demonstratio naturæ & æconomiæ id est, rationis naturalis eorum, quæ vnita sunt, & modi vnionis secundũ hypostasim. ratio naturæ humanæ probata fuit; modus vnionis naturarum, nouus sine mutatione, & confusione extitit. cum itaq; dixit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non mea, sed tua fiat voluntas, non precabatur, vt idem secundum idem non fieret, & fieret, quod quidem absurdum est. siquidem natura, filij voluntas Patris est. habebat igitur hic voluntatẽ naturalem, tanquã homo, Saluator noster, diuina voluntate formatam, non contrariam. nihil enim naturale aduersatum est Deo penitus. quoniam neque voluntas ex sententia, in qua cernitur distinctio personæ, contraria esse posset, siquidem esset secundum naturam. quia auctor esset causa culpæ, & querelæ, qui fecisset sibi, quod cum natura pugnaret.

Quomodo autem factus fuit verè homo verbum incarnatum; si eo caruit, quod potissimum naturam tanquam rationalem signat?

quod

quod enim priuatum est motu appetitus, omnis etiam facultatis vitalis expers erit; quod autem non habet ex natura vim vitalem, sanè quidem nec vllam quamcunqae animam habet, sine qua neq; vnquam esse potest. igitur, sola formatione carnis fictam œconomiam, id est, incarnationem ostendit. & non potius eam œconomiam natura carnis anima intelligente, & ratiocinante animatæ secundum hypostasim incarnatum verbum impleuit; non habens, vt Seuerus opinatur, tanquam homo naturalem voluntatem. Si enim tanquam homo naturali voluntate verè deficiebatur, non fuit factus homo verè perfectus; quod si non fuit verè perfectus homo factus, nec omnino fuit homo. Quæ enim est essentia naturæ imperfectæ, cuius neq; ratio est?

Propositum igitur Seuero fuit, & omnibus Seuerianis, naturam assumptam secundum vnionem admirabilem eiicere per aliquem defectum naturalem, & confirmare fictionem Manichæi scelestam, atq; Apolinarij confusionem, & Eutychis συνουσίωσιν, *(id est, mutationem humanæ naturæ in diuinam.) memini enim cum Cretæ essem, & quidam*

falsi Episcopi secta Seueri aduersus me contenderent, audiui dicere, idcircò non dicere se in Christo duas operationes, vt in tomo Leonis sancitum est; quia ex eo sequeretur, duas voluntates esse, & inde rursus necessariò duæ personæ inducerentur. immò nec vnam rursus simplicem operationem spectari posse: sed vnam voluntatem, inquiunt, & omnem diuinam atque humanam operationem ex vno & eodem Dei verbo incarnato prodire, dicimus. In quos illa pars Prophetiæ miserabiliter iaci poterit, ô ô fugite ab Aquilone, in Sion saluamini, qui habitatis filia Babylonis. Aquilo verè est mens Seueri, facta forma caliginosa, & priuata diuini luminis vsu, & exercitatione: filia Babylonis, doctrina infusa, falsorum dogmatum ex pessimo habitu comparato generata, in qua habitant, qui lumen cognitionis repudiarunt & in Sion, in Ecclesia, inquam, volunt salui fieri ad eam redeuntes. simul enim contra diuinitatem, & contra incarnationem disputatio Seueri agitata certat. si enim, vt sentit, ipsas operationes naturæ consequuntur voluntates, sicut causas effectus causarum, voluntates autem inferunt secum

secum personas, sicut causæ inferunt effecta (vt non dicam, quæ horum probatio) cum omni etiam persona, opinione eius, inferetur voluntas; & cum hac voluntate omninò inferetur operatio congruens. ratio enim eorum, quæ sunt ad aliquid, cum habeat habitudinem eorum, quæ inter se referuntur, inseparabilem, æqualem facit, vt consequens est, relatorum reciprocationem.

Quia igitur quod dicitur simpliciter, multa significat, si sint voluntates naturales, quæ reciprocè cum personis inferuntur, beata vnitas, natura diuina, auctore Seuero, erit etiam Trinitas naturarum. Sin verò sint voluntates gnomicæ, id est, ex sententia, dissentiet omninò à se non consentiens voluntatibus, tanquam Trinitas personarum, quæ necessariò (siquidem vna est voluntas Trinitatis) vnius personæ diuinitas trinominis erit. Ac rursus, si auctore Seuero, operationem necessariò sequitur voluntas, cum voluntate autem infertur persona, necessariò sublata operatione, simul sublata erit voluntas, quæ eam sequitur, & persona item, quæ cum hac infertur. Sin sublata operatione tolli-

Voluntas enim dicta simpliciter sine adiunctione significat voluntatem naturalem, & voluntatem ex sententia.

tollitur voluntas; & sublata volũtate tollitur persona, erit Christus sine persona, opinione Seueri. quia voluntas sublata est, sublata operatione, & sublata simul persona, quæ cum voluntate inferebatur.

Et rursus, si secundum Seuerum, ipsas operationes sequuntur voluntates, cum voluntatibus autem inferuntur personæ, & ex vno eodemque verbo Dei incarnato omnem diuinam, & humanam operationem proficisci ait, etiam omnis voluntas, vt ipse sentit, scilicet diuina, & humana, vtpote sequens operationes, cum totidem personis, quæ cum illa omni volũtate diuina & humana inferuntur, ex vno eodemque verbo Dei incarnato omninò simul proferetur, quod nemo contradicet. Sublatis igitur operationibus naturalibus, erit Christus, vt opinatur Seuerus, sine substantia; & sublata vna operatione naturali, erit rursus ἄβουλος, *id est, sine voluntate, & sine hypostasi. & cum omni vsu diuinæ, & humanæ operationis erit multiuolus, & multiplex persona. vel, vt magis propriè dicam, erit infinitiuolus, & infinitæ personæ. Qui enim dixit omnem operationem, quantitatem*

πολύβουλος. πολυπρόσωπος.

innu-

innumerabilem significauit. igitur secundum reciprocationem propositionis Seueri excidit ei ratio Theologiæ, id est, scientia de Deo: siquidem introducit multitudinem Deorum cum Ario; & tollit Deum cum Sabellio; & facit cum gentilibus naturam diuinitatis secum pugnantem.

Reciprocatio propositionis Seueri est quę cernitur in his propositionibus: cum operatione infertur, voluntas; & cum volūtate persona; & rursus reciprocè, secundum legem relatorum cum volūtate infertur operatio, & cum persona voluntas.

Item secundum propositionem Seueri ratio œconomiæ (id est, incarnationis) adulterina est facta. quia profitetur Christum sine substantia, sine voluntate, sine persona: & rursus eundem infinitiuolum, & infinitas personas, quo quid esse potest magis impium?

Videte, quo præcipitet regula Seueri eos, qui ei credunt. huiusmodi est omnis doctrina, quæ non fundatur veritate, immobili fundamento. Age, bone vir, cum vnam Christi voluntatem dicis, quomodo, & qualem hanc dicis? si enim tanquam Christi naturalem, alienasti eum natura à Patre, & Matre, cum neutro eorum substantia copulatum. Christus enim neuter eorum est natura. & quomodo, si hoc dicis, periculum effugies ponendi multos Deos? sin voluntatem ex sententia dicis, solam personam eius signabit. quod enim sen-

Voluntatem ex sententia vo-

cant Patres volunta-tem electi-uam.

tentia est, personam distinguit; & apparebit planè, te auctore, esse alterius voluntatis, quam sit Pater, & Spiritus S. & cum eis pugnare. Sin verò vna voluntas erit solius diuinitatis eius, erit diuinitas passioni subiecta cupiens cibum, & potionem præter naturam. Si autem solius humanitatis eius, non erit natura, efficax. Quomodo enim efficax quid, si humanum? atque ita apparebit planè ostentatio miraculorum monstrosa.

δραστήριον.

Si verò erit vtriusque, diuinitatis scilicet & humanitatis voluntas naturâ, communis, quomodo erit natura, communis voluntas, quorum natura differens est? Sin est voluntas tanquam totius composita (præterquam quod noua fabula est, & commentum. quæ enim est compositio voluntatis?) rursus cum à Patre alienum fecisti, composita voluntate solam hypostasim compositam signans.

Sic igitur omnem plantationem, quam non plantauit Pater, ratio adhibita exstirpat; quia peregrina agricultura non potest natura defendi.

Verùm vt apparet, voluntatem humanitatis

tatis Christi naturalem sustulit Seuerus, nesciens magis proprium & primum omnis naturæ ratione vtentis esse motum eius secundũ appetentiam. quem cum Patres considerassent, differentiam voluntatum naturalium, non voluntatum ex sententia in Christo clarè confessi sunt. nunquam enim differentiam voluntatum ex sententia in Christo dixerunt, ne eum duplicis sententiæ, & duplicis consilij, & vt ita dicam, secum pugnantem dissensione cogitationũ, ac proinde duplicem personam prædicarent: vt qui scirent, per hanc differentiam voluntatum ex sententia ingressum esse in hanc vitam peccatum, & nostram cum Deo dissensionem. in nulla enim alia re malum consistit, nisi solum in nostræ voluntatis ex sententia dissensione cum diuina voluntate, cum qua voluntate nostra dissentiente, & aduersante, simul infertur quantitas, & numerus, qui quantitatem declarat, & ostendit nostræ voluntatis ex sententia pugnam cum Deo.

ἀντιπάθειαν.

Vnum igitur propositum est Nestorio, & Seuero, impiè sentire, tametsi modus differt. ille enim dum fugit propter

confusionem vnionem secundum hypostasim, differentiam secundum substantiam, facit diuisionem personarum; hic verò propter diuisionem personarum, quam fugit, dum non dicit differentiam secundum substantiam, vnionem secundum hypostasim facit naturalem confusionem; cum oporteret neque confusionem in Christo, neq; diuisionem confiteri, sed vnionem differentium secundum substantiam, & differentiam vnitorum secundum hypostasim, vt ratio substantiarum, & modus vnionis piè prædicaretur. à quibus ambo diuulsi, Nestorius quidem vnionem qualitatum ad voluntatem ex sententia pertinentium sanxit; Seuerus verò post vnionem, differentiam naturalium solum; sic ambo à veritate rerum, id est, naturarum exciderunt mysterium corrumpentes, Nestorius quidem per diuisionem, Seuerus verò per confusionem.

S. MA-

S. MAXIMI EPISTOLA AD GEORGIVM PRESBYTERVM ET ABBATEM,

qui per Epistolam de mysterio Christi interrogauerat.

QVIA *menti tuæ pennas ad contemplandum, diuino desiderio addidisti, & rationem studio excitasti, & à rebus caducis, Pater in Deo honorate, abstraxisti, insatiabili sanctarum scripturarum lectione & earum cura nunquam defessa, & attenta, si quis alius, teneris. nescit enim afferre satietatem, quod supra sensum est; nec vllam quantulamcunque contractionem, quod est supra intelligentiam; illud enim naturâ antecellit omnibus rebus, quæ fluunt, & labuntur; hoc verò omnem speciem & figuram superat, & occultum, quantum fas est, promit, & comprehensionem infiniti, quanta esse potest, præbet, & quanta satis est ad raptum mentis, & ad Spiritus Sancti complexum. huc vsque enim, & propter hoc ex charitate erga homines factus est illius supra homines descensus*

 ad

ad nos per aduentum suum, quo nobis apparuit, deificãs gratia eos, qui voluntate cum eo ascendunt; & vnione verbi eos, qui plenitudinem eius in consummatione operationis mandatorum Dei recipiunt. quia operatione ad perfectionem prudentiæ, & fortitudinis progressus, carnem, quæ apparet, temperanter comprimis; Spiritum, qui latet, iustè opimas; vt in illa mortificationem Iesu ostendas, quæ omne peccatum funditus deleuit; in hoc autem vitam demonstres, quæ omnem virtutem supramundanè protulit. his partibus actionem vitæ & contemplationem mentis perfecisti, & salutem, quæ extremum est, reportasti; quam quidem cum aliis communicare, & aliis declarare, quia diuinæ imitationis est, voluisti ad me indignum, & infimum, ac ignotum litteras tuas honoratas mittere; ac primum quidem sapientiam, & prudentiam verbo tradere, deinde sanctificare per gratiam, quæ in te est, quæ omnibus vbique distribuitur. non enim circumscripta est gratia, cuius effector est Verbum, quod nullum effectorem habet.

Præte-

Præterea etiam voluisti abundè deducere me ad scientiam noui mysterij Dei formati hominis, Verbi, inquam, Dei propter nos incarnati, & eiusdem perfecti hominis, cum voluisti percunctando discere non quod ignorares. omnia enim, quæ pulchra sunt, comprehensa habes: sed vt ad perfectiorem institutionem proueheres eum, qui nondum minorem acceperat. morem igitur tuum pium admiratus, edisseram pro viribus, inquiens, non aliam esse secundum naturam, humanitatem Saluatoris, & aliam nostram, sed eandem substantia, & non dissimilem: siquidem ex nostra substantia sumpta est, cum ex purissimis sanguinibus virginis castissimæ, & matris Dei admirabiliter sumpta est: quibus Verbum instar seminis vnitum factum est caro, non desinens esse Deus secundum substantiam, & perfectus homo, sicut nos, vocatus est, excepto peccato solùm, propter quod nos sæpenumero dissidemus, & voluntate Deo aduersamur, qui voluntatis in vtramque partem inclinationem habuerimus: ipse autem Saluator ab omni peccato natura liber, vtpote homo non nudus, id est, solum

ſolùm homo, ſed Deus factus homo, nihil contrarium Deo habebat, quin potius naturam noſtram non contaminatã, & omnibus modis propriè nõ inquinatam ſeruabat, ſicut ipſe aiebat, nunc princeps huius mundi venit, & in me non habet quicq̃ eorum ſcil. quibus nos naturã deprauantes, & corrũpentes, repugnantiã voluntatis oſtendimus. propter quã Chriſtus dicitur τῷ καθ' ἡμᾶς, *id eſt, noſtra humanitate, non ſubiectus, quouſque nos etiam ab hac voluntatis repugnantia, poteſtate incarnationis ſuæ liberet, & ſoluat, cuius veritatem vt confirmaret, omnia propter nos factus eſt, & fecit ſponte pro nobis, neque noſtram ſubſtantiam mentitus omninò, neq; quicquã eorum, quæ in ea carent reprehenſione, & naturalia ſunt, tametſi hanc ſubſtantiam cum illis omnibus deificauit reddens totam deificatam inſtar ferri ignefacti, vt qui eam totam, propter ſummam vnionem circumcaperet, & vnum cum ea ſine confuſione ſecundum vnam hypoſtaſim factus eſſet.*

Vnde humanitas eius non ratione naturæ, ſed ratione noui modi generationis à noſtra differt, eadẽ quidem ſecundum ſubſtantiam,

non

non autem eadem ſecundum generationem ſine ſemine. quia non erat humanitas nuda, & ſola, ſed eius, qui propter nos verè factus eſt homo. ſicut velle in eo propriè quidem, naturale ſecundum nos erat, diuinè verò informatum ſupra nos. perſpicuum enim eſt, generari ſine ſemine, & generari ex ſemine naturam quidem non diſtinguere; ſed circa eandem naturam alterum ab altero diſtingui, ſicut ingenitum, & genitum.

Quoniam ſi hoc daremus, vt verbum quatenus homo à natura noſtra differret propter generationem ſine ſemine, differret etiam à ſubſtantia Patris propter generationem. non enim idem ſunt, ingenitum eſſe, & genitum eſſe. differremus etiam nos à vetere Adam, & Eua ſine ſemine genitis. Adam enim formatus fuit à Deo, qui formauit; Eua verò abſciſſa ex formato. atq; cognatus eſt Filius cum Patre propter diuinitatem. Deus enim eſt, & eiusdem ſubſtantiæ. ſicut ergo nos Adæ, & Euæ, cognati ſumus, & eiusdem ſubſtantiæ, ſic & Dei propter nos incarnati propter humanitatem cognati, & eiusdem ſubſtantiæ ſumus. ſicut enim non eſt ſubſtantia Dei, ingenitum

tum esse, & genitum. Quis enim hoc dicat? Sic generari ex semine, & non generari ex semine, non est natura humanitatis vllo modo.

Nullam igitur significationem præbet magnus Gregorius Theologus, aliam esse secundum naturam humanitatem Christi; & aliam esse nostram, etsi à quibusdam hoc existimatum est, quia dixerit: diximus tanquam ab homine formari rationem non illo homine, qui secundum Saluatorem intelligitur, (velle enim in illo non erat contrarium Deo, quia totum erat deificatum) sed ab homine secundum nos, tanquam humana voluntas non semper sequatur Deum, sed potius vt plurimum resistat, & repugnet. ipsius enim Saluatoris propriè est, & dicitur humanitas, non tanquam alterius substantiæ, aut ex altera substantia extra nostram substantiam, & naturam, sed tanquam per illum, & in illo secundum vnam & candem hypostasim facta, & non per se seorsum, vel propter se producta, sicut nos vnde verbum habuit, quod generationis modum

οὐ καθ' ἑαυτὸ χωρὶς, ἢ δι' ἑαυτό

dum à se inductum fecit esse nouum semen proprium, ut simul esset naturaliter humanitas, & simul verbum hypostasis in ea: ut quod nostrum est firmiter, & quod supra nos, credatur. oportet enim in omnibus & naturam ab ipso Verbo, quod propter nos perfectè factum est homo, assumptam cum omnibus, quæ ei natura conueniunt, conseruare, sine quibus omninò neque natura est, sed sola fictio inanis, & vnionem tueri, & custodire. illa quidem humana natura salua manet in diuersitate naturali; hæc verò rursus vnio in vna & eadem hypostasi noscitur. atque ita sapienter, simul & piè totam rationem incarnationis omninò extra confusionem, & diuisionem esse, prædicandum est. παραχθέν.

Hanc ipse orthodoxè prædicans habebis Dominum te rursus, sicut pollicitus est, prædicantem; & fructu bonorum suorum munerantem sicut hic spe, sic illic vsu, & experientia: pro me verò, ut particeps efficiar, supplica Pater sancte, adiungens me illi per preces tuas, qui vocat, & saluos facit;

quiq;

quiq; misericordiam consanguineorum aliorum in alios inter se, remunerat honorando eos secum, & apud se, cui gloria & imperium cum sancto Patre, & cum viuifico Spiritu suo in sacula saculorum, Amen.

S. MAXIMI TRACTATVS CONTRA EOS, QVI DICVNT, OPORTERE DICERE VNAM Christi operationem secundum exuperantiam, quia dicunt diuinam operationem tanquam efficaciorem, superare humanam.

PRIMVM *quidem duas operationes vos etiam conceditis: vnam exuperantem, diuinam inquam; & vnam exuperatam; humanam scilicet; quod quidem ex iis est, quæ sunt ad aliquid relata; ad aliquid autem relata, omninò secum inferunt quæ contra diuiduntur. Deinde, si vnam operationem dicitis secundum exuperantiam, tanquam humana sublata, quia superata sit, extenuationē inducitis operationibus. quod enim*

enim exuperat, ipsum quoq; omninò patitur, & vincitur ab excuperato; etsi enim minus, vincitur tamen omninò: sicut aurum exuperat quidem argentum, verbi gratia, admixtum, aut æs; vincitur tamen & ipsum licet minus, scilicet secundum quantitatem admixtam.

Contra eos, qui dicunt, quod sicut instrumenti & mouentis vna est operatio, sic diuinitatis & humanitatis vna item est operatio.

SI *est instrumentum naturale, vt dicitis, æquale erit, opinione vestra, verbum carni tempore; aut caro fuerit ex æternitate cum verbo. omne enim, quod instrumento naturali vtitur, æqualis temporis habet hoc ipsum instrumentum, sicut anima corpus: atq; ita oportebit, vt dicatis, diuinam naturam esse creaturam; aut corpus esse non creatum. Sin autem iustrumentum artificiosum dicitis, inanimatum instrumentum introducitis, & separatim diremptum, ac partitum, & nō semper motum: sed cum visum erit artifici, habere hoc in manibus, & operari. & tandem videbimini*

bimini idem sentire cum Nestorio amente, qui dirimit, & distrahit duas Christi naturas, quæ in vnam hypostasim & personam conuenerunt; aut eritis discipuli impij Apolinarij, qui corpus Christi sine anima, & sine mente esse dicit.

Contra eos, qui dicunt compositam Christi operationem.

COMPOSITA *operatio prorsus natura compositæ est. omnis autem composita natura ortum habet partium eodem tempore, & non voluntarium. est enim creata, & loco, ac ornatu proprio circumscripta, ac multa indiuidua complectens. oportet igitur, vt vos, qui dicitis, vnam Christi compositam operationem, naturam etiam Christi compositam dicatis, quam operatio composita signat, & distinguit, habentem partes æqualis temporis; & harum coniunctionem esse non voluntariam, ac coactam creatamq́; & loco, atq́; ornatu proprio circumscriptam. Postremo esse multitudinem* Christorum, *de quib. hac natura composita prædicetur.*

S. MA-

S. MAXIMI TOMVS DOGMATICVS, MISSVS IN CYPRVM INSVLAM ad Marinum diaconum.

NON *magis ornamentum pietatis, & reuerentiæ tuæ stupui, quam Zeli maximi fortitudinem admiratus sum, sancte Dei minister, & mysteriorũ sapiẽs auditor & doctor. vtroque enim studio sacro connexo, disciplinæ scil. & doctrinæ mysticæ pfectionem in omnibus bonis comparasti, qui cum esses totaliter in toto per totum Deo omnibus diuinis mandatis absolute obeundis, totus esse in eo existimaris propter summam exuperantiam paupertatis inter eos, q sicut ego, affectione animæ terrenæ in cœno, & tabo sordidatum perturbationum hærent. Hinc & tutum præsidium consulta ratione tibimet ipse parasti; (nihil enim firmius ad figendas, & conseruandas virtutes, voluntaria paupertate: fit nãq; fundamentũ diuinorum in anima ædificiorum, quod labefactari non*

ἐν τοῖς κατ' ἐμὲ

 potest(

potest) & aliis omnibus, qui studio virtutis tenentur, factus est salutis conciliator, dum magis demonstratione operante, quàm voce docente ad amplitudinem virtutis per altam & sublimem submißionem deducis eos, qui ad exemplum tuum, & imitationem mentem, & vitam prudenter dirigunt.

Cum autem conuenienter huic Zelo, quẽ dixi, feruorem Spiritus habeas, & illũ ignem in terra cordis, quem vt iniiceret, venit verbum natura bonum, & hominum amans, quod omnem nostrum prauum habitum, & motum absumit, incendis tu quidem illos, qui per fallaciam, & ignorantiam vitiis, & nugis insanè delectantur, redarguens, quod in eorum prauis actionibus, & falsis sermonibus vanum, ac futile est, obiecta lampade beata, quæ in te diuinam cognitionem, & virtutem assecuto semper ardet, & nunquam extinguitur; calefacis autem eos, qui magnoperè frigent in hac frigida & tenebricosa statione fixi, expellens & dissoluens tenebras splendidis radiis diuinorum verborum & summam contractionem ac torporem in summam fortitudinem, & vim transferens.

Rur-

Rursus autem illa minas à montibus æternis, id est, ab jis, quæ materia vacant, instituens omni cognitione, quæ omnibus scientiis rerum sub sensum cadentium antecellit, & docens, quàm vim habeant verba Patrum, & quæ eorum dogmata: illuminas, inquam, eos, qui lumen capiunt, quiq; gustu sapientiæ illud iam per spem pulchrè habent in se effigiatum, quod est per naturam idipsum quod desiderant, deducisq; eos, & adiungis piè ad obtinendam totã possessionem re & experientia. nihil enim sic tui sacerdotij munus exprimit, vt exprimit Zelus constans, cum reuerentia erga Deum temperatus & commixtus & ratio nobis insita, quæ hunc custodit simul, & accendit, quæq; ad illa facienda nos præparat, & sapienter moderatur, quæ naturaliter, & prima iubet, vt ipsi ad eum ascendamus, & per actiones sanctas, & vera dogmata ad perfectum statum reuocemur; fugiamusq; & declinemus ea, quæ nos ab hoc sancto ascensu aberrare faciunt.

προβολή.

Et quid aliud hoc iter vehementer flectit, & veluti interiecto muro interrumpit, iter dico ad Verbum, nisi proditio pertimes-

cenda ipsius verbi ab iis ausa, qui eos nunc adoriuntur, qui via regia diuinorum, & paternorum dogmatum ingrediuntur, quique nulla itinera deuia ex iis, quæ infeliciter ad barathrum confusionis, aut ad vallem diuisionis ducunt, neque cognoscunt, nec vllo modo cognoscere volunt gratiā Spiritus sancti, qui sapienter deducit ad agnoscendū perfectè facie ad faciem, & ad doctrinam de ipso magno Deo, & Saluatore nostro Christo eos, qui per fidem puram, & incorruptam ac rectam festinant. proditio enim est piæ de ipso opinionis commutatio, quæ assumptione confessionis, & doctrinæ aliter sentientium, eum vendit ad interitum sanctæ carnis eius, ex nobis assumptæ, quin potius ad totius œconomiæ euersionem; & proditio œconomiæ, tunc primum factæ, quando nobiscum carne fuit Verbum, tanto grauior proditio, quanto perfectior fuit omnibus cognitio diuinitatis eius, & humanitatis eius veritas palàm patefacta per vniuersas oras terræ, grandiloquentia sanctorum Patrum, eam prædicantium. ab omnibus enim vbiq. firmè, & rectè creditus est Christus, sicut sancti Doctores, iudicio diuino electi, exposuerunt,

runt, quod vnus, scil. sancta & homousiæ Trinitatis, vnigenitus filius pfectus Deus secundum naturam, perfectus homo secundum voluntatem factus est, carne eiusdem substantiæ, qua nos, anima rationis, & intelligentiæ participe, animata, ex sancta virgine Dei matre assumpta, & ipse secundum hypostasim propriè & inseparabiliter copulata; vnusq; cum ea est, sicut prius, sed non sine compositione secundum personā, tametsi secundum naturā simplex, vt pote Deus, & Patri homousios; & rursus duplex, vt factus caro, vt duplici quidem natura cognationem, & affinitatem secundum substantiam cum extremis habens, naturalemq; suarum partium inter se differentiam seruet. Dum verò est vna, & eadem perfecta persona in partibus, tanq̃ vnus & solus differentiam personæ ab extremis habeat, & dū nihil deest naturalis, & secundum substantiā similitudinis cum extremis ipsis, fit perfectus in vtraq; natura Deus simul idē q; homo.

Id est, fit alia persona à Patre Deo, & à matre virgine. hæc enim sunt duo extrema, quæ vocat.

Imperfectum igitur eum introducunt, & vnū ex iis, qui iacturam fecerint secundū naturā ij, q quæ illi naturaliter insunt, diminuta esse impiè tradunt. si enim proprietatem am-

barum naturarum non seruat, sine imminutione vlla, excepto peccato solo, sicut sancti Patres tradunt, ex quibus, & in quibus propriè est verbum incarnatum etiam post vnionem, aliqua re deficitur Deus; si quidem totaliter Deus imperfectus est. & rursus aliqua re deficitur homo, si quidem totaliter homo imminutionem naturalium habuit: non oportet igitur, occasione scilicet vnionis, neutram naturam lædentis, sed solum ambas in vnum, secundum hypostasim copulantis, earum essentiam violare, sublata naturali voluntate, & operatione secundum substantiam, & totidem operationes naturales in vnam voluntatem, & vnam operationem liquefaciamus fortè, & conflemus, fabulosum huiusmodi, & alienum à communione Patris, & à nostra omninò apparebit. quippè cum nec ille compositam habeat secundum naturam voluntatē, vel operationē; neq; rursus nos. nulla enim est eorū, quæ in subiecto sunt, compositio. quia essentia eorū, quæ sunt in subiecto, nō spectatur penitus per se, & extra substantiā.

Accedit huc, quod turpe & fœdum est, quod paßim confitentur propter naturalem

cogna-

cognationem & affinitatem cum ambobus extremis, secundum distinctionem dimidiatè partiri, & scindi unionem inseparabilem secundum hypostasim. Siue rursus conseruemus incolumem voluntatem naturalem diuinæ naturæ, verbi incarnati, & operationem, quæ secundum substantiam ei inest; hæc autem humanæ substantiæ, quæ in eodem est, demamus, & detrahamus, sic etiam vnionem illam admirabilem, ac supra naturam lædimus, non habentem quid cum vna persona copulet, cum caro anima ratiocinante, & intelligente prædita, id est, cum nostra substantia, ac natura non sit in verbo prorsus incolumis, & salua. vbi enim, aut qualis est natura, cui quæ secundum naturam insunt, exciderunt?

Si igitur his, aut aliqua harum proprietatum naturalium secundùm carnem deficiebatur Dominus, neque caro penitus erat. vel ostendant, qui hæc dicunt, hominem, qui sit natura homo, his carere, vel si nequaquam omninò est, liquet, quod verbum incarnatum non fuit homo, his aut aliquo horum natura priuatum. Quomodo enim, aut qua ratione, cum naturæ nihil huiusmodi deficiat, aliud

 quid

quid est peregrinum, & omninò à substantia nostra alienum, & ignotum? & vel à principio cum ipsius substantia copulatum, & superne delapsum, cum ipso descendente descendit, & illud factum est, quod nominatur, ecquid tandem ad nos pertinet descensus, qui minimè cum ipso ascendimus, per sanctam carnem ex nobis assumptam, & secundum hypostasim cum eo copulatam? vel totum hoc fictio est, & figura tantum, sensum fallens, & non substantia carnis. quippe cum non sit primitiæ nostri generis, quæ massam secundum gratiam redigat in vnum, & ab omnibus soluat quæ vim à Deo diuidendi habent; quorum causa fuit veteris Adæ peccatum, propter quod natura damnata, & morte mulctata est. Quid igitur nobis inuident perfectam salutem, & confessionem? Quid ratiocinationes scilicet tanquam inenodabiles, & quasi expediri non posint, contra nos torquent? & ex operationibus sequi, aiunt, voluntates; & cum his consequi rursus pugnam, & consequenter introducunt volentes contraria. vt autem omittam reprehendere, quod hæc constituant; vnde, & quomodo huiusmodi sapientiam

ἐνίζουσα.

tium docent, audire tantum vellem, & discere. num ipsi hæc talia facientes, nouamq; doctrinæ explicationem introducentes, inuoluntariè ista fecerint, & quis illis vim intulerit: Et si post actionem adepti sunt liberā voluntatem, cum antea non esset, vnde & à quo processerit? Et quis vi illata, habeat rei gestæ liberam voluntatem, vt id, quod factum est, fieret præter voluntatem, & præter sententiam approbaretur & amaretur? Quomodo rursus, si neque natura tanquam homo volebat, neque secundum naturam operabatur Verbum incarnatum, famem, & sitim, & laborem, & somnum & reliqua omnia volens sponte admittebat? non enim quatenus erat verbum solum, hæc secundum naturam volebat, aut operabatur, qui naturam habebat cum Patre supra substantiā, & supra quam infinitam. sin rursus potestate sua tanquam Deus permittebat naturæ, quando volebat, vt quæ naturæ erant, operaretur, sicut Gregorius Nyssenus, & magnus Gregorius aiunt; si hæc tanquam Deus solum volebat, & non tanquam idem homo; vel corpus natura erat ipse Deus, vel Deus, mutatâ substantiâ, factus est

est caro amissâ propriâ diuinitate; vel prorsus caro eius non habuit animam rationis, & intelligentiæ participem, sed potius inanima fuit secundum se, & penitus rationis expers: vel si fuit animata anima rationis participe, voluntatem etiam naturalem habuit. omne enim quod natura potest ratione vti, potest etiam natura velle. & si voluntatem naturalem tanquam homo habuit, illa penitus voluit secundum substantiam, quæ ipse, vt Deus ad constitutionem naturæ, cum eam fabricaret, naturaliter indidit ei. non enim venit, vt naturam adulteraret, quam ipse condiderat; sed venit vt naturam ex toto deificaret, quam ipse volens, bona voluntate Patris, operante pariter Spiritu S. secum secundum vnam & eandem hypostasim copulauit cum omnibus, quæ naturaliter in ea insunt, præter peccatum.

Igitur tanquam natura Deus volebat, quæ erant secundum naturam diuina, & paterna: vnius enim voluntatis cum genitore suo erat: ac rursus idem tanquam natura homo volebat, quæ secundum naturam humana erant, seruans ab omni fictione puram incarnationem

nem, quæq; voluntati Patris nequaquam repugnabant. nihil enim naturalium, sicut nec ipsa prorsus natura auctori naturæ vnquam repugnat. immò neq; sententia, neq; quæcunque ex sententia sunt, cum ipsa simul consentiunt rationi naturæ. etenim siquis fortè dicat, aliquid eorum, quæ sunt secundum naturam, repugnare Deo, ipsius Dei potius, quàm naturæ crimen est, siquidem bellum naturaliter imposuit rebus, vt contra eum, & contra se seditionem, & pugnam concitarent.

Quòd enim nihil naturale Deo contrarium sit, ex eo perspicitur, quod hæc naturalia ab ipso cum generati sumus, facta sunt; & nullam habent accusationem, quia constituta, & conflata sint in nobis secundum substantiam; contra verò criminationes planè incurrimus, & subimus propter deprauationem horum naturalium. siquidem secundum hanc deprauationem omni vitio ex sententia seruimus secundum serpentem vitij principem; secundum verò illam constitutionem naturalium opus à Deo fictum, & honorata creatura sumus. idcircò secundum diuinos Patres neq; naturalium voluntatum, neq; operationum,

κατὰ γέννεσιν.

γνωμικῶς.

sicut

ſicut nec ipſarum naturarum imminutionem, funditus in ipſo Deo vno, Verbo incarnato facimus, credentes orthodoxè eundem eſſe perfectum in omnibus Deum, ſimul & hominem. quia perfectè diuina, & humana & habebat naturaliter, & volebat, & operabatur; habebatque diuinam ſimul & humanam propriè ſubſtantiam, & voluntatem, & operationem; ne, ſiquid nãturalium proprietatum vtrique naturæ deficiat, diminutionem ambarum naturarum, ex quibus eſt, & in quib. eſt, vel potius defectionem, & interitum abſurdè & impiè tradamus.

Quòd enim voluntatem humanam, ſecundum naturam habebat, ſicut & diuinam, ſecundum ſubſtantiã, clarè demonſtrat illa mortis recuſatio œconomica, quæ hominem decebat, à Verbo propter nos facta, cũ dicebat: Pater, ſi poßibile eſt, tranſeat à me calix iſte, vt oſtenderet carnis ſuæ infirmitatẽ; & quod non fictè & ſenſum ludificans faciebat, vt videretur caro iis, qui ſpectabant; ſed re & veritate propriè erat homo, atteſtante hoc naturali voluntate; cuius erat illa ſecundum œconomiam recuſatio.

Quòd

Quòd autem rursus ex toto erat deificata voluntas cum ipso verbo consentiens, ex ipso & secundum ipsum mota semper, & informata, ex eo liquet, quod solum paternæ voluntatis electionem perfectè fecit, secundum quã tanquam homo aiebat, non mea, sed tua voluntas fiat. qua in re formam, & exemplum se proposuit, voluntati nostræ renunciandi, ut voluntatem Dei perfectam expleremus, quamuis mortem impendere propter hoc videremus. si enim nõ tanquam homo natura factus, & naturali, id est, humana voluntate præditus, & hoc secundum œconomiam declinans, & se ad coniunctionem paternæ voluntatis cõferens, hoc patri dicebat, non mea voluntas, sed tua fiat; perspicuum est, quod natura Deus hoc dicebat & ex eo demum se ipsum demonstrabat, non habere eandem & æqualem voluntatem cum Patre, sed potius aliam, & natura differentem, quam subiiciens, petebat, ut solum fieret, quod volũtas paterna erat. & si aliam voluntatem naturalem præterq̃ voluntatẽ Patris habebat, in manifesto est, diuersarũ substantiã habuisse. unius enim substantiæ una voluntas est, ait sapientiss. Cyrillus; differentis

ἐπικρίσιν

rentis

rentis verò voluntatis naturalis necessariò differens natura.

Duorum igitur alterutrum necesse est, aut tanquam homo naturali voluntate præditus erat, & propter nos œconomicè mortem recusabat, volens: & rursus, contra eam impetum faciebat propter perfectam cum voluntate Patris consensionem. aut si non habebat tanquam homo naturalem voluntatem, tanquā natura, Deus affectiones corporis in substantia propria patiebatur naturaliter mortem refugiente, & aliam secundum substantiam naturalem voluntatem, præter Patris voluntatem habente, quæ ne fieret, precibus postulabat, & obsecrabat. & quis Deus, mortem secundum naturam carnis reformidans, & ob eam causam deprecans, vt transiret calix, atq; alia, quàm Pater, voluntate naturali præditus?

Hac igitur ex animis nostris eiecta opinione absurda, piam sanctorum Patrum confeßionem retineamus, & cum dicit: Pater, si poßibile est, transeat à me calix iste, verùm non mea voluntas fiat, sed tua, Spiritus quidem promptus, caro autem infirma, intelligimus

mus eius duas hic voluntates demonstrare, sicut ait magnus Athanasius in libro de Incarnatione & Trinitate; vnam humanam, quæ est carnis, alteram verò diuinam. Humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem; diuina verò prompta est. sic etiam magnus Gregorius Theologus in secunda oratione de filio apertè docet, inquiens; illius enim velle nihil erat Deo contrarium totum deificatum. Itaque, vt hic diuinus magister sentit, habebat voluntatem humanam non tamen vllo modo, aut vlla in re Deo contrariam; quia non erat prorsus voluntas ex sententia, sed propriè naturalis ab eius, secundum substantiam, diuinitate informata semper, & mota ad complendam œconomiam; & tota omninò per consensionem & coinsitionẽ cum voluntate Patris deificata, quæ vnione propriè; & non natura diuina verè facta erat, & dicebatur, minimè à natura sua propter deificationem alienata.

γνωμι-κὸν θέλημα.

συμφυΐα.

Cum igitur hic doctor dixit, totam voluntatem deificatam, vnionem humanæ eius voluntatis cũ diuina declarauit, & tũ contraria, tum contraria volentes ex mysterio in-

F carna-

carnationis Christi perfectè eiecit. cum verò dixit; illius enim velle; motũ naturalem humanæ voluntatis, & naturalem, ac secundum substantiam differentiam eius à diuina & paterna voluntate ostendens, cõfusionem simul & fictionem funditus ab hoc mysterio detraxit. cũ enim hic diuinus Pater, & sancti Ecclesiæ catholicæ Doctores, ei consentiẽtes, scirent doctrinã de mysterio incarnationis, tum confusione, tum diuisione pari impietate oppugnari, magniloquè differentiã, & vnionem vtriusq; voluntatis docuerunt. illam quidem in ratione naturali πραγματικῶς & perfectè cõseruatam; hanc verò rursus in modo œconomico firmè & hypostaticè retentam. Ad confirmationem rerum, id est, naturarũ & omnium naturalium, quæ eis insunt, quæ sunt secundum substantiam in vno, & solo Christo Deo secundum vnionẽ inseparabilem omnes tanquam aliam, & aliam, diuinam dico & humanam, & duplicẽ naturã in eodem & vno tradiderunt. sic apertè & clarè omnibus prædicauerunt aliam & aliã voluntatem, diuinã, inquam, & humanam, & duas voluntates: itẽ aliã, & aliã operationem, diuinã, & humanã, & du-

& duplicem rursus operationem, id est, duas. sic enim perspicuè significationẽ substantiarũ numero exprimere voluerunt. ostendit enim se hominẽ, cum esset alioqui natura Deus, volens œconomicè, vt transiret calix, & hactenus nostram humanitatem exprimens, vt sicut sapiens Cyrillus nos docuit, omnem mortis formidinem ex natura nostra expelleret, eamque ad faciendum impetum contra mortem, viriliter acueret, & excitaret.

Rursus idem ostendit se Deum, cum esset alioqui secundum substantiam homo, volens œconomiam paternè absoluere, & nostram omnium salutem conficere. demonstratur autem homo, qui erat natura Deus, cum humanè operatur; & passiones propter nos volens, experimẽto, & periclitatione suscipit: rursus demonstratur Deus, quamuis natura homo, cum diuinè operatur, & miracula naturaliter edit ex quib. dignoscebatur idem Deus simul & homo, habens substantiis, ex quibus, & in quibus erat, pares numero voluntates, item pares numero operationes naturales, ad cõstitutionem perfectæ essentiæ eorum, quæ propriè erat.

Si quis verò ad refellendum hæc, contra-

dicendo obiiciat operationem deiuirilem, *diuini Donysij, & in Cyrillo sapientißimo, operationem cognatam, & per ambo editam, sciat se nullas hinc vires, contra piam confessionem, collecturum esse. illa enim* deiuirilis *operatio, quam doctor Dionysius apta voce elocutus est, duplicem operationem, duplicem naturam habentis periphrasticè, id est, circuitione elocutionis significat. siquidem diuinam scilicet, & virilem, id est, humanam operationem per coniunctionem, quæ est in dictione pronunciata, manifestè prædicauit; non autem simplicem, neque per numerum hanc nominauit, etsi singulariter vnionem naturalium operationum significans, hanc ipsam vnionem docuit, quæ naturali harum operationum differentia non læditur; sicuti nec ipsam differentiam substantiarum vnio harum, quæ dirimi non potest, lædit. siquidem secundum eos, qui dicunt, si vnã habebat operationem, & hanc* deiuirilem: *si vnam hanc naturalem Verbum incarnatum habuit, & nemo contradicet; vna operatio naturalis quomodo ad duo partietur? & qua ratione vna operatio, differentes secundum idem constituet, & sepa-*

Id est, in vna voce deiuirili.

κατὰ τὸ αὐτό.

& separabit, faciens, vt vtraq; habeat omninò similitudinem secundum substantiam, cum cognatis, & eiusdem generis; & rursus cum non cognatis, & diuersi generis differentiam secundum substantiam? omitto dicere, quod excidit à naturali cognatione cum Patre, & nobiscum; cum nec ille penitus, neque nos deiuirilem operationem natura insitam, ac secundum substantiam habuerimus. sin autem rursus hanc vnam operationem hypostaticam habuit, præterquam quod noua opinio est: quis enim est, qui dicat, esse operationem hypostaticam? sic etiam iste alienum facit eum à Patre, secundum operationem, siquidem habet operationem hypostaticam, & non naturalem, præter Patrem. hypostaticis enim proprietatibus ab eo planè differt Verbum.

Rursus verò vna operatio cognata, & per ambo edita, secundum Cyrillum, non est ab eo dicta, ad tollendam differentiam secundum substantiam operationum naturalium, ex quibus, & in quibus vnus & solus Christus Deus est, sed ad constituendum summam harum vnionum. & videtur quodam modo aliis vocibus imitari diuinum Dionysium. vt enim

 doce-

doceret, non esse hunc Deum tantum, neq; rursus hominem tantũ, neq; separatim Deum incorporeè operari, neq; separatim hominẽ, quæ ex sententia erant, facere; sed Deum incarnatum, & propter nos perfectè hominem factum, diuinè simul & humanè eundem operari, dixit, quod non solum verbo, & iussione Deum decente reperitur Saluator noster operari, cum mortuos suscitat, & omnẽ languorem sanat, sed etiã sanctam carnẽ, tanquam cooperariam quandã ad hoc adhibet, id quidem faciens tanquam Deus iussu suo omnipotente: rursus verò viuificans tactu carnis sanctæ cũ ipso secundũ hypostasim vnitæ, vt demonstret, hãc etiam viuificare posse per operationẽ eius substantialem, cuius est propriè tactus, & vox, & quæcunq; sunt eiusmodi. deinde postquam ostẽdit naturales operationes Christi ex vtrisque compositi saluas perfectè, & incolumes manere, operationẽ quidẽ diuinitatis per iussionem omnipotentem, humanitatis verò eius per tactum, demonstrauit esse has copulatas per totum coniunctione mutua inter se [illegible], & περιχωρήσει, id est, circummeatione, siue circumincessu, vt vna operatio per vnionẽ verbi, &

πρὸς ἀλλήλας.

bi, & sancta carnis demonstraretur non naturalis, non hypostatica. neutrũ enim horũ dixit Doctor Cyrillus, sed cognata partib. per quas, sicut dictum est, secundũ iussum omnipotentẽ, & secundum tactum manus, Christus demonstrabatur. ipsa igitur doctrina Cyrilli demonstrauit, quod differentiam operationum naturaliũ, sicut & ipsarũ naturarũ, quarũ operationes sunt, seruari dicit etiã post vnionẽ. ac rursus ipsam vnionem decernit. illã quidem differentiam seruari pronũciat, cũ ait, iussionem omnipotentem, & tactum; hanc verò vnionẽ decernit, cum ait, vnã & cognatam. quib. (scil. differentia, & vnione) omnẽ συναίρεσιν, id est, contractionem, & omnem diuisionem à mysterio Christi mirifice excludit & eiicit.

Qui autem non sic accipiunt, sed tanquam vnam verbi, & carnis cognatã operationem intelligunt, Eutychetis, & Apolinarij συνουσίωσιν, id est, confusionem in vnam substantiam tradunt. oportet igitur in omnib. & verbum seruare incolume, & modum œconomiæ, id est, incarnationis, integrum, & inuiolatum, ne illud par prauum diuisionis, & confusionis, vllum aditũ contra veritatem habeat. igitur secundum hanc sententiã piã alias etiam, si quæ

inuenientur, ſanctorum Patrum voces, μοναδικαὶ, id eſt, quæ vnum ſignificant, accipere oportet; & nullo eas modo interpretemur ad contradictionem, vt aduerſentur vocib. Sanctorum δυικαῖς, id eſt, quæ duo declarant, id eſt, duas naturas, ſiue operationes, quaſi intelligamus valere has ad differentiam contra confuſionem; & illas ad vnionem contra diuiſionem; ſed potius ambas, has inquam, & illas libenter amplectamur, & orthodoxè confiteamur; & per voces, quæ quodammodo ſecundum prolationem contrariæ videntur, eos, qui ſecundum ſententiam æque ſibi ipſis inter ſe, & veritati aduerſantur, ſapienter ſuperemus, & in fugam vertamus; atque ex noſtra aula, id eſt, ex Catholica, & Apoſtolica Eccleſia fortiter eiiciamus; nullamque prorſus qualemcunque aditum contra fidem orthodoxam iis præbeamus, qui more latronũ, vt fines, ac terminos paternos tranſeant, machinantur diſturbando aliquid ex piis armis & dogmatibus, quibus illorum euerſio, & interitus vt fiat, natura comparatum eſt.

Cæterum illud etiam aduertere opus eſt, quod

quod in naturis, & naturalibus operationibus voces singulares; & non solum voces sanctorum Patrum δυικὰς, id est, duo declarantes reperimus, tanquam unam naturam verbi incarnatam, & deiuirilem operationem, & cognatam, atque per ambo editam; in voluntatibus autem naturalibus nullam singularem prorsus, quantum ego intelligentia assequi possum, prolationem reperire possumus, sed significationes δυικὰς, id est, duorum, in pronominibus, & in numero. Quomodo igitur, & qua ratione inquirere volumus, utrũ unam, aut duas voluntates oporteat dicere in Christo Deo, cum lex, & doctrina Patrum duas voluntates naturales eatenus confiteri iubeat, & profiteri, sicut duas naturas, & harum naturales operationes, quatenus differentiam earum agnoscamus.

Hæc mihi modum egresso ad sanctitatem tuam scripta sunt. precor, si vel non conuenienter dicta sunt, vel non rectè intellecta, veniam, simul & correctionem adhibeas amore & imitatione paternæ misericordiæ, ac me Christo Deo commendes, qui cum Patre, & Spiritu sancto glorificatur in sæcula sæculorum.

S. MAXIMI TRACTATVS DE EO, QVOD SCRIPTVM EST; PATER, SI POSSIBILE est, transeat à me calix iste.

SI *illud, Pater, si possibile est, transeat à me calix, quod speciem habet formidinis, de homine accipis, non eo, qui in Saluatore intelligitur: illius enim voluntas nihil habebat contrarium, quæ tota erat deificata, sed de homine quem ex nostra, conditione metiamur. humana quippe voluntas diuinam non omninò sequitur, verum vt plurimũ ei repugnat, sicut ait, diuinus Gregorius: quod sequitur in oratione, verumtamen non quod ego volo, sed tua fiat voluntas. quid tibi videtur? formidinis esse, an fortitudinis? summæ consensionis, an dissensionis? at ꝙ non sit repugnantiæ, neq; timoris, sed potius perfectæ coniunctionis, & consensionis, nemo contra diffitebatur, qui mentem habeat.*

συμφυΐας ἐντελοῦς.

Quod si perfectæ coniunctionis, & consensionis est, de quo hanc voluntatem accipis, de homine, sicut nos; an de homine, sicut Saluator

uator erat? si de homine, sicut nos, errauit sermo magistri, de ipso Saluatore differens, tanquam non omninò, ac semper diuinam voluntatem sequente, sed potius vt plurimrm resistente, & repugnante. si enim sequitur, non resistit; & si resistit, non sequitur. alterum enim altero tanquam cõtrarium interimitur, & tollitur. sin autem non de homine, vt nos sumus, sed de homine, vt erat Saluator, accipis, non quod egò volo, sed tua fiat voluntas, summam consensionem humanæ voluntatis cum diuina & paterna confessus es; & duas duplicem naturam habentis voluntates, & operationes naturales demõstrasti, in neutra quicquam vtcunque contrarium habentis, tametsi naturalem in omnibus differentiam eorum, ex quibus, & in quibus, & quæ est, habeat.

Qui verò his argumentis cohibitus procedat ad dicendum, nec esse hominis, cuiusmodi nos sumus, nec cuiusmodi est Saluator, illud, non quod ego volo; sed neganter ferri de diuinitate principio carente vnigeniti, quod velit aliquid propriè filius præter Patrem. Igitur, & quod voluit, quod quidẽ est recusatio

calicis,

calicis, de ipsa diuinitate necessariò fertur. si enim dicis, tollere negationem velle aliquid propriè, non tamen tollere quod vult; non enim in vtroque horum poni potest negatio: negatio, quod velit aliquid propriè & priuatim præter Patrem Filius, & negatio eius, quod vult Pater; quoniam, omninò expetitio communis voluntatis Patris & Filij, tollit quod expetit Deus, scilicet salutem nostram. hoc enim natura est à Deo expetitum. Si autem non potest poni in vtroque negatio, liquet, quod si hanc negationem ponis in volendo propriè, vt ponas communem voluntatem; non tolles quod voluit, id est, recusationem calicis, sed eam de communi & principio carente diuinitate inferes, ad quam neganter referebas etiam velle. Sin hoc vel cogitare execrabile est, igitur hoc loco negatio, id est, non quod ego volo, *omninò repugnantiam auferens, insitam consensionem humanæ voluntatis Saluatoris cum diuina & paterna eius voluntate repræsentat, tanquam tota totius verbi natura secundum hypostasim coniuncta cum natura humana Saluatoris, & totam eam naturam per coniunctionem suam deifi-*

Velle aliquid propriè est velle aliquid non communiter, quod in sancta Trinitate fieri nō potest.

Mors enim spectabat ad salutem, quam quidem volebat Pater, & mortem filij volebat, vt quidem voluit.

deificante. unde tanquam propter nos factus homo, aiebat, ut hominem decebat, Deo & Patri; non mea voluntas, sed tua fiat voluntas, ut qui voluntatem tanquam homo haberet idem alioqui natura Deus, voluntati paternæ obsequentem, quia secundum ambas naturas in quibus, & quarum erat hypostasis, natura præditus erat facultate volendi, & operandi nostram salutem, facultate quidem volendi nostram salutem consentiens Patri, & Spiritui S. Operandi verò eam, factus obediens Patri, propter hanc salutem usque ad mortem, mortem autem crucis, & idem magnum mysterium œconomiæ in nobis per carnem operatus.

DEFINITIONES VARIÆ. SANCTO MAXIMO AVCTORE.

SVBSTANTIA, *& natura idem: ambo enim commune, & universale sunt, ut quæ de pluribus, & numero differentibus prædicantur, & nunquam quomodocunque una persona circũscribuntur.*

Istę definitiones excusæ sunt Græcè.

ἐνύπο-

ἐνυπόστατον, *id est, in hypostasi existens est commune secundum substantiam, hoc est, species, quæ in indiuiduis, quæ sunt sub ea, re subsistit, & non sola cogitatione consideratur.*

Vel rursus, enypostaton est, quod cum alio differente secundum substantiam ad vnius personæ constitutionem, & vnius hypostasis generationem compositum, & consubsistens est, & nequaquam per se apparens.

συνυφιστάμενον.

Homousion, id est, consubstantiale, quod est eiusdem substantiæ cum alio, differens ab eo secundum hypostasim, sicut in homine, & in aliis speciebus. si quid igitur est idem cum alio secundum substantiam, non est idem cum eo etiam secundum hypostasim. & si quid est vnum & vnitum alteri, secundum hypostasim, non vnum, nec vnitum est ei etiam secundum substantiam. & si quid differt ab alio secundum hypostasim, hoc coniunctionem cum eo habet secundum substantiam.

Substantialis igitur vnio, siue vnio secundum substantiam, est, quæ multas, & numero differentes hypostases in vnam & eandem substantiam congregat.

Substantialis verò differentia, siue differentia

rentia secundũ substantiã est ratio, secundum q̃ substantia, id est, natura sine diminutione, & mutatione, & commistione, & confusione manet, & concurrens cum alio secundum speciem differente in vnam hypostasim, nequaquam à natura propria recedit.

Hypostasis & persona idẽ sunt. ambo enim particulare, & propriũ significant, tanquã in seipsis circumscriptionem, sed non in pluribus prædicationem naturaliter habentia.

ἐνὑπόστατον, *quod habet non solum secundum considerationem in se congregationem proprietatum, quibus alius ab alio discernitur, sed etiam commune substantia habet in re, siue realiter.*

Humanitas Christi erat ἐνυπόστατος & humanitas cuiusque nostrum, anima nõ est ἐνυπόστατος neque corpus.

Homohypostaton est, quod cum alio in vnam & eandem hypostasim compositũ est, differens verò ab eo secundũ substantiam, vt sit in anima & corpore, & in aliis, quæcunq; natura differentia, secundum hypostasim vnita sunt. si quid igitur cum alio secundũ vnionem compositum, idem est secundum hypostasim, id est, vna hypostasis cum eo factum est, aliud est ab ipso secundũ substantiam. & si quid vnum est, & copulatũ cũ alio secundũ hypostasim est, hoc

hoc non vnum, nec μονογενὲς, id est, vnius generis est cum eodem secundum substantiam. & si quid cum alio compositum, differentiam habet secundum substantiam; hoc vnionem cum eo habet secundum hypostasim. Hypostatica igitur vnio est, quæ differentes substantias, id est, naturas in vnam personam, & vnam & eandem hypostasim copulat, & colligat.

Hypostatica verò differentia est ratio, secundum quam diuersitas in collectione proprietatum, quæ considerantur in communitate substantiæ, distinguens alium ab alio secundum numerum, efficit multitudinem indiuiduorum, siue singularium.

Vnio σχετικὴ, id est, secundum habitudinem, est, quæ differentes γνώμας, id est, voluntates ex sententia, & electione in vnam voluntatem copulat. Differentia verò secundum habitudinem est motus, qui vnam voluntatem diuersitate sententiæ distrahit ac diuidit.

Vnio secundum habitudinem est coaffectio amica, vel voluntatum concors conspiratio, & assensio.

Diffe-

Differentia ſecundum habitudinem eſt diuerſitas ſententiæ, vel voluntatum diſsimilitudo, vel diuiſio affectionis.

Vnio confundens eſt compoſitio, ex hypoſtaſibus, in aliquod totum, ſecundum concurſum ſimul facta, quæ eſſentiam partium ſuarum, poſt vnionem, in ſpecie & figura ſaluam penitus non habet, ſed deletam, & cõmixtam, & quæ dignoſci non poteſt, nec vllam eorum, quæ in ipſa compoſitione concurrerunt, differentiam habet, quæ proprietatem horum, ſecundum ſubſtantiam, declaret, & deſignet.

Diuiſio eſt ſectio, quæ omninò ſeparatim ponit, & diſtrahit, & per ſe ſpectari facit ſecundum ſubſtantiam, & hypoſtaſim, vniuscuiusque rei eſſentiam.

Hypoſtaſis proprium eſt per ſe videri, & diſtingui ſecundum numerum ab iis, quæ ſunt eiusdem ſpeciei.

Enhypoſtati proprium eſt, vel cum alio differente ſecundum ſubſtantiam in hypoſtaſi cerni ſecundum vnionem indiſſolubilem; vel eſſe ſecundum eſſentiam naturaliter in indiuiduis.

Subſtantiæ proprium eſt, in omnibus, &

de omnibus naturaliter prædicari, & pronunciari.

Enusij proprium est subsistere, & ferre in se veros characteres omnium proprietatum personalium.

Dynamis, hoc est, facultas seu potentia est ἔνυλος ἐνέργεια, operatio in materia. operatio verò est ἄϋλος δύναμις, potentia expers materiæ. Vel iterum. Energia seu operatio est naturalis potentiæ ἀποτέλεσμα, hoc est, effectus.

Voluntas naturalis est appetitio οὐσιώδης, id est, substantialis eorum, quæ sunt secundum naturam.

Voluntas Gnomica est voluntarius impetus & motus in vtramq; partem rationis.

EPI-

EPISTOLA S. MAXIMI AD SANCTISSIMVM EPISCOPVM NICANDRVM DE duabus operationibus in Christo.

MAGNVM *æconomiæ Christi mysterium, quod nullos explicatus habet, vtpote, quod omnia sæcula, & tempora, & eos, qui in sæculis, & temporibus continentur naturaliter, circumscribit, & terminat; vt confundant, machinantur hæretici, tanquam sancta caro anima rationis participe & intelligente prædita, voluntate Patris, & Spiritu S. simul operante à Christo assumpta ex nobis, & cum eo in vnam & eandem hypostasim copulata, non habeat post vnionem ea, quæ secundum naturam, excepto solo peccato, in ea insunt; quoniam neq; ipsius, inquient, naturæ erant, sed magis ipsum Verbum, quod propter nos humanitatem assumpsit, ea, quæ naturam nostram secundum substantiam signant, non seruauit perfectè, sicut in nobis seruātur, sed potius vel hæc in naturā*

suam diuinam mutauit, atque ita diuinitatis suæ defectionem monstrauit, vt quæ interie-ctione quapiam ad perfectionem substantiæ indigeret, vel fecit, vt funditus in nihilum abirent tanquam non valdè bona, & opus suæ creationis deleuit. quia non secundum ratio-nem aliquam, & sapientiam ea fecisset, & se-cum secundum hypostasim copulasset. alioqui quomodo ratione & sapientia factum, in ipso verbo, & sapientia secundum vnionem indis-solubilem non seruatur? aut quomodo, vel qua de causa si seruatur, post vnionem etiam non confitentur? vt credatur per confessio-nem, quod natura Deus verè factus est homo. aut fortassè nec à principio ea ipsa, quæ natu-raliter in natura inerant, cum natura assum-psit; sed potius carnem quandam in animam, & rationis expertem, & nequaquam ex no-bis, vel eiusdem substantiæ cum nostra; aut neque sumpsit, sed superne, & à principio de-ferens, copulauit eam secum secundum sub-stantiam; & propter nos, ac nobis œconomi-am, id est, incarnationem finxit, figura huma-na nobis propinquans, sed non natura huma-na nobiscum versans, vt vniuersum genus

ἄνωθεν.

à vete-

à vetere peccato liberaret, & à damnatione propter ipsum facta absolueret.

Hac enim, & his plura. opinantur, quicunque non confitentur secundum sanctos Patres seruari in Christo perfecte etiam post vnionem naturalia præter peccatum, sicut naturas ipsas: nec enim diuinam naturam, & non creatam essentia, & voluntatis, & operationis expertem videmus; neq; rursus creatam, & humanam substantiam non existere, neque velle, nec operari cognoscimus, quod si neutram harum vacuam esse scimus naturali essentia, voluntate, & operatione, ex his autem, diuina, inquam, & humana natura, & in his, atque horum est hypostasis vera, vnus & solus Christus filius, quomodo, siquidem est natura propriè Deus, idemque natura propriè homo, quomodo, inquam, non diuinam voluntatem, & operationem naturâ propriè, & humanam item voluntatem, & operationem naturâ propriè habebat is, cui neutrum horum secundum naturam deerat? quibus dum faciebat, vt nomina cum rebus congruerent, & rursus res nominibus confirmabat, manifestò apparebat, quod idem ipse diuina & hu-

mana naturaliter haberet, & vellet, & operaretur; atque ex eo crederetur, ex quibus, & in quibus, & quae esset. siquidem sublatis naturali voluntate, & operatione secundum substantiam, & diuina, atq; humana substantia eius, qui ex his, & haec est, & in vna hypostasi ea seruat, quomodo Deus, & homo erit? quomodo hoc vel illud secundum substantiam esse apparebit, si non seruat sine vlla defectione proprietatem vtriusq; naturae, excepto omni peccato. quod enim extra ea, quae sunt secundum naturam, extra ipsam quoq; substantiam, siue naturam est, nullam habens essentiam: quoniam neq; motum naturalem habet. Quod enim nullum motum habet, vt ait diuinus, & magnus S. Dionysius, nec est, neque quid est, nec est vlla prorsus positio eius. idcircò qui Christi Dei naturas confitemur, diuinam dico, & humanam nostrā, ad faciendam fidem firmam de essentia harum naturarum, & ad veram earum confessionem, oportet voluntates harum pari numero omninò profiteri, ac totidem operationes secundum substantiam confiteri; nihilq; ipsarum praetextu diuinae vnionis secundum hypostasim imminu-

Operatio secundum substantiam est operatio naturalis.

ere

ere,aut prorſus negare:cum ſciamus vnionem ſecundum hypoſtaſim nihil eorum, quæ naturalia ſunt,lædere,ſicut neq; naturas ipſas; tãetſi has per ſeipſam in vnum ſecundum hypoſtaſim cogit & coniungit, nequaquam prohibens, quin ſint duæ ratione naturali; ſicut igitur ipſas proprietates naturales in vnum copulat vnio ſumma inter eas conuenientia, & neutram ſine altera,aut extra communionem alterius cum altera,vt Leo celeberrimus Papa Roman⁹ ait,ſpectari quomodocunq; permittit: ſic non differentiam harum ſecundum ſubſtantiam penitus delet,ſed perfectè cõſeruat. cuſtodiendo enim illam cuſtoditur; & conſeruando conſeruatur.tamdiu enim apertè vnio rerũ eſt,quamdiu ipſarum differentia naturalis ſalua eſt. hac enim ſublata,illa etiã vnio planè per confuſionẽ omninò deleta eſt.

Hac igitur vnione non lædente res, neq; differentiam earum,quin potius accommodatè ad ipſam appellationem nominis in vnum copulante,quæ copulata ſunt; omninò ſine diminutione,ac perfectè,quæ ſecundũ naturam differũt,in ea ipſa vnione ſalua ſunt, nullã deprauationẽ, neq; cõfuſionem ſubeuntia, nec in

ſubſtantiis ipſis, nec in voluntatibus, nec in operationibus; nec in alia re quapiam naturali.

Quomodo ergo ſuæ bellæ prudentiæ, vt honeſtè dicam, neſcio quo pacto hanc vnionem, tanquam velamen, prætendunt; & dicunt, verbum incarnatum carere voluntate, & operatione in noſtro, id eſt, in humanitate, vtpote ſubſtantia inanima, & rationis experte ex nobis ſumpta? quod enim operatione caret, immobile planè, & inanimatum eſt, & quod nullam voluntatem rationalem habet, apertè amens eſt; & ſine ratione. Etſi verbum incarnatum ſine his erat in noſtro, id eſt, in humanitate, quomodo credetur quod factum eſt homo? Quomodo non potius apparebit mutaſſe naturam diuinam, & in ea ſubiiſſe paſſiones carnis inuitum? interemptis enim naturalibus Arius & Apolinarius incurſionem huiuſmodi in eum fecerunt. Arius enim tradens caruiſſe anima; Apolinarius verò animam ratione, creaturam hunc, & effectum blaſphemè fecerunt. vterque enim vnigenitum natura diuinitatis patibilem, & non natura carnis dixerunt. etſi Apolinarius impieta-

pietatis copiosus, & abundans, perfectam mutationem in carnem occasu diuinitatis pronunciauit.

Oportet igitur nos, qui pij sumus, huiusmodi confessionem repellere, & doctrinam sanctorum Patrum tenere; & duas naturales voluntates, & operationes secundum substantias, de sententia illorum, in vno & eodem confiteri. si enim vnam in eo voluntatem, & vnam operationem dicamus, aut hunc non esse natura hominem, sed Deum tantum; aut natura hominem solum, & non Deum; aut neq; hominem, neq; Deum esse docebimus. verbi gratia, si naturalem voluntatem fortè dicamus, vel hæc est omninò diuina, vel humana; si diuina, quæ sunt diuina, volet verbum naturaliter hac voluntate, monstrabitq; se natura Deum tantum, & pariter cum Patre volentem, & non hominem; non enim quod natura humanum est, proprio eo, quod natura diuinum est, naturaliter tanquam charactere, signatur; sicuti neque per id, quod humanum est secundum substantiam, siue naturam, id quod diuinum est, cognoscitur. si dicamus hanc voluntatem esse humanam, volet

 natu-

naturaliter, quæ humana sunt, vt consequens est. sin autem est voluntas hypostatica, solam hypostasim eius signabit; & secundum eam non habebit communionem cum Patre, neq; nobiscum; ab extremis enim hypostasi distinguitur. eadem dicenda sunt de operationibus.

Ab extremis, id est, à Patre & Matre.

Sed non propterea, apage, voces sanctorum Patrum μοναδικὰς, *id est, singulares, negamus, illam dico diuini Dionysij, cuius meminimus,* deiuirilem *operationem; & illam sapientis Cyrilli vnã, & cognatã per ambo demonstratam operationẽ. has enim voces, propter vnionem, & propter cognationem, & summam conuenientiam naturaliũ operationum, inter se, per totum, piè prædicauerunt, sicuti piè etiam prædicauerunt voces* δυϊκὰς, *id est, duorum, propter differentiam eorũ secundum substantiam, & naturalẽ. illa enim vox* deiuirilis *diuinã simul & virilem operationẽ cõplectitur. cõueniente enim voce ex cogitata, quæ vtramq; operationẽ, vt dixi, singulariter prolata, comprehenderet, duplicẽ operationem, duplicẽ naturã habẽtis circuitione elocutionis designauit. quia enim prius dixerat, non secundũ Deum diuina operatus; (quia*

Dionys. in Epist. IV. ad Caium.

scil.

scil. non erat Deus tantū, sed operatus quidem natura, quæ diuina erant. natura enim Deus erat: per carnem verò, quæ cum ipso erat secundū hypostasim vnita) neq; humana secundum hominē operatus; (quia scil. non erat homo tantū, sed operatus quidē naturaliter humana. natura enim homo erat; secundum verò potestatem diuinam, & nō necessitate quadā, & violentia naturali, more nostro, ad operandum adductus) diuinam simul & virilem eiusdem secundū naturam operationē connexuit, tanquā neutram sine altera, sed in se, inter se summa cōuenientia coagmentatas, propter vnionem indissolubilē. & singulari voce ambas cōprehensas circuitione, vt dixi, vsus, prædicauit; vt dicendo operatum esse diuina & humana; etsi non operatū esse secundū Deum, neq; secundū hominem: quia non erat, vt dixi, Deus tantum, aut homo tantū, tamē operatū esse secundum veritatē; sic differentiam operationū naturaliū secundum substantiam probaret cōplectendo has; & voce accommodata breuiter proferendo, & operationē deiuirilē *vnionē harum inseparabilem doceret.*

theandricam.

Et illa Cyrilli sapientis vna & cognata

per

per ambo edita operatio maximam sententiam Patris continet. summam enim conuenientiam, & vnionẽ naturalium oporationum per illam vnam cognatam operationem ipse quoq; docet, volens docere, quod caro facta est Deus; & operatio eius, secundũ substantiam, per vnionem cum Verbo natura Deo, facta est diuina; & quod operabatur ea, quæ erant supra hominem, non ab eo alienata, quod erat secundum naturam. sicut igitur ipsum Verbũ, sumpta carne, sponte propter nos factum est homo, operans humana, quamuis natura Deus, sic Cyrillus denunciat hunc nõ tantummodo iussione omnium effectrice, curare, & vitam tribuere. quippe cum non sit Deus tantùm, sed tanquam cooperariam quandam ad hoc præsertim sanctam carnem adhibere, & per eam, & per tactionem eius, & vocem viuificare, & curare, vt ostendat posse eam tribuere vitam, quia sit vnione vnum cum ea. & quia sit caro eius propriè, qui omnia viuificat, & non alterius. quamobrem vnam dico eius, & sanctæ carnis, ac cognatam per ambo operationem monstrare, vnam quidem vnione, cognatam verò partibus tanquam ipsa sit

vnum

vnum iussu omnium effectore, & tactu sanctæ carnis. per ambo enim hanc operationem manifestè ostendebat, tanquam Deus, monstrans viuificando per eam, quod ipsa caro facta est per totum viuifica; sicuti ignis per ferrum vrens, vnione sua cum ipso ferro, ferrum reddit vrendi vi præditum, vt deinceps propter hanc causam non sit ipsius ignis solum secundum naturam vstum, sed etiam ipsius ferri propter vnionem. & rursus diuina verbi in miraculis operatio nō sit ipsius verbi tantum propter naturam, sed sanctæ carnis, propter vnionem cum ipso, secundum hypostasim. eam enim adhibet sibi cooperariam in diuinis, vt ait magister. sicut anima corpus suum adhibet ad perficienda opera sua. hæc igitur vna, & cognata per ambo edita operatio, quæ coniunctionem operationum naturalium declarat, diuersitatem harum, & duplicitatem, sicut illa deiuirilis *operatio, per se ipsam propriè significat eo ipso, quod ad ambas partes, ex quibus, & in quibus vnum, & solum verbum incarnatum esse agnoscebatur, refertur; & ambarum est, tanquam per ambas partes per iussio-*

Id est, in carne & anima intelligente. hæ enim sunt partes, ex quibus totus homo, id est, perfectus, constat.

iussionem, inquam, omnium effectricem, & per tactum sanctæ carnis ostensa, & edita.

Non oportet autem mirari de voce συγγε-νῆ, *id est, cognati. cognatū enim dixerunt sancti Patres de iis, quæ sunt eiusdem substantiæ, & quæ sunt diuersæ, testis est magnus Gregorius Theologus, qui sic ait de anima in Epitaphio, id est, in Oratione funebri in Fratrē Cæsarium: paulò verò post cum cognatā carnem receperit; qua de iis, quæ illic sunt, philosophatus est; carnem vocauit hîc, Doctor Gregorius, cognatā animæ, propter vnionem, nō propter naturā. Rursus in Oratione in lumina, docens de vnigenito filio, & à cognato, inquit, Spiritu S. contestatus. nunc* τὸ συγγενές, *id est; cognatū propter naturam, nō propter vnionem dixit.*

Ipse verò sapiens Cyrillus & de substantia, & hypostasi distinctis, nullo discrimine accipit cognati *vocabulum; dicitque hæc in commentariis suis in Ioannem Euangelistam de curatione, quæ per baptismum fit, quæ quodammodo cognationem habet cum ambobus, cum corpore scil. & Spiritu: Spiritu quidem sanctificat Spiritum hominis; aqua verò corpus. Quæ verò & qualis cognatio Spiritus S.*

& aqua

& aquæ secundum substantiam, vel hypostasim cum Spiritu nostro & corpore? etsi maximè secundum gratiam nobis, & partibus, ex quibus compositi sumus, accedit curatio ista per sacram regenerationem.

Immò ipse rursus numerus μοναδικὸς, *id est, singularis, vt omnes sciunt, per singula genera casus tum in iis, quæ sunt eiusdē substantia, tū in iis, quæ diuersæ, sumitur à sanctis Patribus, intuentibus scil. in vnum secundum vnionem, vel secundum naturā, vt illud, vnus ex ambobus; & per vnum ambo. & illud, vna hypostasis, & vna natura verbi incarnata. & illud. si enim vtrumq; vnū, at non natura, sed concursu, & cōgressu. & rursus in iis, quæ sunt eiusdē substātia, vt illud, erat, & erat, & erat; sed vnū erat. lumē, & lumen, & lumen, sed vnū lumē. & illud, vn⁹ Deus, & vna natura suprema, ait Gregorius Theologus. nō oportet igitur voces sanctorū Patrū singulares, vel cognatas, propter vnionē dictas, referre omninò ad euertendas voces duplices, vel heterogeneas, id est, diuersi generis, quæ dicta sunt à Patrib: propter differentiam; aut rursus has accipere, contra illas. Qui enim sic accipit, & non potius ambas ex æquo, & cōuenienter accipiens,*

illas

illas quidem ad vnionem, has verò ad n
ram, & differentiam accomodat; vel omn
in diuisionem, vel in confusionem, vt co
quens est, incidit. quin potius, vt propri
quar, seipsum irretit, & implicat, & ex v
communione, & confessione sanctorum
trum se deturbat. Etsi enim caro vnum
verbo secundum hypostasim facta est, &
ratione eius per vnionem locupletata est,
nequaquam amisit quod erat secundum
stantiam creata, nec vllam iacturam natu
hum affectionum reprehensionem carenti
fecit; & si hoc propriè est, sicut & est, diu
sam à verbo naturam ipsam, & naturalem
perationem manifestè habuit. quam quid
verbum incarnatum, tanquam homo cum
bebat (ipsius enim erat secundum naturam
quidem carnis, & sanguinis similiter vt n
particeps factus est) duas naturales operat
nes idem habebat, sicut & naturas diuin
& paternam, & nostram humanam, per qu
fiebat, vt idem Deus & homo esse crederet
Quarum enim naturarum habebat natura
operationes, harum sanè naturas etiam ha
bat. vt enim per vocem, & tactum san
car

carnis curans, & vitam tribuens, Deus natura apparebat, sic rursus per eundē tactum manus idem homo, secundum substantiam, noscebatur præcinctus linteo, & pedes discipulorum lauans, frangens panes, & dans discipulis, ac panem in catinum intingens. & rursus voce tristitiam significans, cum dixit, tristis est anima mea vsque ad mortem: &, nunc anima mea turbata est valde: &, sic, non potuistis vna hora vigilare mecum? & reliqua eiusmodi. in quibus, quod natura inest in ambabus naturis, ex quibus, & in quibus consistit, non negat, sed potius operationibus naturalibus naturas probat, & confirmat.

Vt autem auctoritate Cyrilli sapientis monstretur, quod non natura vnam operationem caro habebat cum verbo, sicut neque naturam vnam, quamuis cognata ei facta est per deificationem, quæ propter vnionem facta est, videamus, quid dicat, enarrans Euangelium Matthæi in secundo libro Confessionis. propter hoc, inquit, operari in Spiritu S. quia verè non carnis operatio naturalis, ac vis humanitatis dissoluit Satanam, & dedecorat Beelzebulem. doceat enim te aliquis obiter, si

vult, quid prohibet, quo minus, qui volunt, potestatem habeant in Spiritus immundos. ecce si hoc natura carnis operatur, omnes sumus in carne; & vna omnibus ratio humanitatis: non tamen est ἰδικῶς, id est, propriè, & sigillatim opus carnis potestatem habere contra Spiritus; quia non omnes contra eos valent, quin potius operationis per Spiritum cernitur esse hoc officium. igitur verum dixit Pater Cyrillus; quatenus intelligitur caro, & homo, opus Spiritus erat, & non carnis, id est, humanitatis contra dæmones robur. certum enim est sanctum esse corpus Domini, atque omnem vim contra omnem morbum habere. sed erat quidem, & est sanctum, non quia simpliciter intelligitur caro, quæ in sola propria ratione est, sed quatenus templum est verbi Dei in ea habitãtis, propriam carnem per proprium Spiritum deificantis,

Quare, sicut ait hic diuinus vir, non operatione naturali potestas humanitatis reuera Satanam dissipat, nec hoc natura carnis operatur. siquidem omnes homines in carne sunt, & vnus sunt ratione humanitatis, qui volunt operari, & vires aduersus dæmones habere.

hæc

hæc igitur docuit beatus Cyrillus, qui verborum propriorum interpres extitit, quod habitare in nobis est vnitum esse secundum vnam hypostasim. at non eo, quod in propria sua ratione caro est, sancta est ac viuifica, ac contra omnem morbum vim habens. custodiamus igitur & nos, secundum expositionem sanctorum Patrum, rationem differentiæ integram, & inuiolatam, naturas ipsas, & quæ naturis ipsis secundum substantiam insunt, seruantem etiam post vnionem, ac modum œconomiæ prorsus indissolubilem custodientem summam eorum, quæ in vnum copulata sunt, conuenientiam: omnemq; ex nobis eiiciamus diuisionem, & confusionem.

Quod si non sic voces, quas sancti Patres singulariter protulerunt deiuirilem *operationem, & vnam atq; cognatam, non pie secundum rationem vnionis interpretemur, & intelligamus, sed vel hanc tanquam naturalem, vel rursus hypostaticam suspicemur, necessariò vnam naturā Christum esse trademus neutram earū naturarū, ex quib. constitutus est, penitus habentē. quoniā nulla est secundū naturam Christus. siquidē natura cum natura*

nullam vnquam secundum naturam communionem habebit; sed potius particeps, omninò secundum substantiã ab omni natura differt. hoc nobis inferetur, si naturalem operationem illam deiuirilem *interpretemur. sin rursus hypostaticam dicamus, alienabimus eum à patre, & Spiritu S. secundum operationem. nulla enim re, hypostasim signante, communionem vnquam cum Patre & Spiritu S. Filius habebit.*

Neutiquam igitur velimus naturalem, aut hypostaticam in ipso Verbo incarnato, & perfectè facto homine operationem confiteri. nullus enim hactenus sanctorum Patrum, ex quo ad nos descendit Christus, tradidit confessionem naturalis in eo, vel hypostaticæ operationis, immò nec vnius expresse, quantum ego intelligo, nisi solum diuinus Cyrillus, quam vocem, licet ipsius tantum sit, toto animo amplectimur propter vnionem. Quomodo non oportet voces δυικὰς, *id est, duplices, omnium ferè Sanctorum & ipsius rursus Cyrilli propter naturalem differentiam libenter, & iucundè suscipere? ne suscipientes, & vindicantes vnam, quæ solum est ipsius Cyrilli vox, tum Cyrilli,*

rilli, tum aliorum sanctorum Patrum sermones reiiciamus, & improbemus, quasi nullus alius ex sanctis Patribus, nisi solus Cyrillus, limatam rationem, piæ prædicationis commissam, & concreditam habuerit & hanc non in aliis eius sermonibus, qui differentiam declarent, sed solum in vna, & cognata operatione.

Præterea, quomodo vnam simpliciter in Christo Deo operationem quidam dicunt? necesse enim est vel hanc esse partium ipsius; vel omninò ipsius tanquam totius. sed si partium est, partietur sanè in ambas partes. quod si fiat, necessariò dissoluetur, ac simul dissoluet, quæ secundum ipsam copulata sunt. sin autem totius est, erit capax contrariorum, mortalis, & immortalis: creata, & increata: circumscripta, & non circumscripta. & si hoc detur, habebat Christus suam operationem, quæ secundum habitum & priuationem esset, & non esset. propter quam tanquam operans aptè ad eam, erat capax contrariorum secundum idem, & non secundum aliud, & aliud, quo nihil potest esse magis impium.

Idem dicendum est de voluntate. Quo-

modo autem verbum carnem suam adhibebat tanquam cooperariam, sicut ait sapiens Cyrillus, non habentem operationem naturalem? quod enim non habet operationem, neq; motum naturalem, mortuum omninò est, & inanimatum. & quomodo adhibebat mortuum ad cooperationem? quod enim operatione vacat, planè immobilitate torpet. Quomodo autem demonstrabat posse hanc viuificare, sicut idem Cyrillus docuit, per motus suos secundum naturam, vt per tactum, per vocem, per ambulationem; si hæc non erant eius, vel in ea secundum substantiam? si enim caro omninò secundum substantiam operationem habebat naturalem, operationis secundum substantiam est motus manuum, & pedum, & vox prolata. sin verò non habebat caro operationem naturalem secundum naturam, quæ posset viuificare, hanc Saluator non ostendit.

Hæc parua doctrinis vestris, & vestrorum sanctorum Doctorum institutus, vestro sacro iussu, & hortatu his litteris confidenter mandaui ausus maiora, quam pro viribus paruus ipse, & vilis, neq; solerti ingenio ad attingendum, neque oratione facili, & prompta ad explanan-

planandum, nec ornatis moribus ad meliora expedienda, sed potius vestra gratia à Deo optimo, & multitudinẽ peccatorum meorum tegente tectus, & munitus. obsecro autem lachrymans, & ad pedes vestros stratus, quandoquidem vos Spiritus Sanctus Episcopos animarũ, & Saluatores cõstituit, ne pigeat, iis, quæ minus limatè scripsi, correctionem beneuolè adhibere, vt hinc vos magis sequestres Dei, quam imitatores præstetis, nõ solum eius in omnes lumen, & misericordiam habitu sortiti, sed digna etiam ei præbẽtes, cui vt me nihili hominem, oro, commendetis, vt liberer à flamma, tum spectabili, tum inaspectabili omnia propter peccata mea deuastante; & in rore sancta & recta fidei eius semper requiescam, & custodiar,

Amen.

EPISTOLA S. MAXIMI AD SANCTOS PATRES PRÆPOSITOS, ET MONAchos, & populos Catholicos Insulæ siciliæ habitatores contra eos, qui vnam operationem in Christo ponunt.

PAX *multa diligentibus legem tuam, & non est ipsis scandalum, dixit Dauid Deo, declarans omnibus, ac denuncians, qui desiderio salutis tenentur, vt attendentes extremum, quod est natura appetendum, diuina & summa charitate bonum pacis secum, & cum omnibus, si fieri possit, libenter, ac latè & indissolubiliter sectentur, omni scandalo ex omnibus eiecto, per piam, & summam inter se concordiam. Quamobrem mihi etiam seruo vestro studium est confirmare scripto libēter, quod prius lingua commendaui, vt de me sit vobis cautum, ac certum eiecta per defensionem omni suspicione ab aliis de me vobis iniecta. non enim patior, sicut ait Gregorius Theologus, vt aliqui in me percutiantur eorum, qui omnia vestra accuratè obseruant,*

seruant, benè, an secus habeant. pulchrum enim est, neq; per peccatum, neque per suspicionem peccati, quoad fieri potest, & ratio patitur, offendiculum multis, vel scandalum ponere, siquidem scimus, quam graue supplicium, & quod euadi non potest, ij, qui vnum ex pusillis scandalizauerit, à verace qui mentiri non potest, propositum est.

2 *Vobis igitur sanctissimis denuncio nunquam me sensisse, neq; suspicatum esse de contrariis, & repugnantibus dogmatibus, quod exponunt, qui calumniantur. nō enim vnam, & duas in eodem, id est, tres voluntates, & operationes, vt ipsi aiunt, in eodem & vno Christo confessi vnquam sumus, aut penitus scripsimus. alterum enim altero euertitur, nulla fixum firmitate ex rationibus naturalibus dacta. vt taceam, nullum huiusmodi dogma testimonium habere à testibus veritatis, id est, à sanctis Patribus. si enim vna, quomodo duæ? si verò duæ, quomodo vna? & quæ hæc? & quomodo vocatur? & cum quo secundum eam est eiusdem operationis, id est, eiusdem substantiæ verbum incarnatum?*

Si enim dicant cum Patre, duplicem hinc

introducunt operationem diuinam; siquidem non ad tollendum duas operationes eiusdem naturales diuinam, inquam, & humanam, tertiam operationem, quam fingunt, confitentur. si enim non ad tollendum, patet profiteri eos duas eiusdẽ diuinas operationes, naturalem, & hypostaticam. si verò duas, consequens est omninò differentes esse, ex quo rursus sequitur esse eorum opinionem de multitudine Deorum. quippe cum agnoscant in diuersitate naturali operationem diuinam in Patre, & in Filio; & non solum opinionẽ de multitudine Deorum, sed de nullo Deo. quippe cum faciant Filium nullam operationem diuinam habere, vtpote naturam, & hypostasim inter se cõmiscentes, ac confundentes cum proprietatibus vtriusque, idemque esse cum Sabellio agnoscentes tanquam in vtraque, natura scilicet, & hypostasi cum Patre conuenientem describentes, inquam, Filium esse naturam, & hypostasim, quod est ab Ecclesia Catholica alienum, vt taceam fieri Patrem natura patibilem, & incarnatum: siquidem non aliud, præterquam miracula, & passiones, aiunt, operari Filium secundum illam tertiam

opera-

operationem, quam, vt dixi, fingunt, & quam pronunciant habere vnigenitum Verbum communem cum Patre secundum naturam diuinam.

Quod si his in angustum compulsi, decernunt non habere communionem Filium cum Patre æterno, & cum matre virgine, secūdum hanc tertiam operationem, duas etiam hic tribuunt ei operationes creatas, id est, humanas, naturalem rursus, & hypostaticam, alienantes eum secundum vtramq; à Deo Patre, sequentes sectionem Arij, secundū perfectam alienationē in vtrisq; operationibus filij à Patre, vbi nos etiā operatores miraculorum, & non solū natura patibiles reddunt: si quidem tertia operatione, vel, vt ipsis loqui placet, operationes totius, id est, operatione personæ, aiunt, seruare Christum cognationē nobiscum, secundum quā voluntariè non solum experiri passiones agnoscunt, sed, vt par est, miracula operari, & edere, quod quidem fieri potest. non enim fieri potest, vt vna & eadē operatio, vel volūtas, vel natura sit simul diuina & humana; aut non creata, & creata; aut sine principio, & cœpta; aut cōposita, & non cōposita, vt

vna

vna & eadem operatione cognationem naturalem cum vtroque, cum Patre dico, & cum Matre Filius seruet; aut vtraq; operetur eadem operatione, illa, inquam, quæ natura sunt diuina, & quæ natura sunt humana. hoc enim, neque qui hirco ceruos fingunt, cogitabunt.

Sin autem non est possibile, vnam & eandem operationem, vel voluntatem, vel naturam simul esse diuinam, & humanam, secundum naturam, vel secundum vnam & eandem operationem cum vtrisq;, cum Patre inquam, & Matre communionẽ habere, aut vtraq; diuina, & humana filium operari, quin potius conuenienter, & aptè, vt dictum est, diuina quidem operatione operari, quæ diuina sunt; humana verò, quæ sunt humana, cum communione tamen alterius, & coniunctione, sed non separatim. illa igitur secundum illos tertia operatio nòmine caret, sicut & essentia à nemine prorsus sancita verbo diuino & Patri.

Et quid toti præbemus, inquiunt, si non vnam operationem, tanq̃ vni toti propter vnionẽ præbemus? at ignorant, quod dicunt, qui hæc proferunt. existimantes enim aliud quid esse

totum

totum præter partes, ex quibus, & in quibus constitutus est Christus, affirmant nō demonstrando, sed pronunciando opus esse aliud quid præter ea, quæ secundum naturā insunt partibus, adiungere toti tanquam toti, vnam scil. operationem. ostendent igitur prius habere totum aliam præter essentiā partium; atq; ita aliam ei, tanquam toti operationem impartiant, præter operationes, quæ secundum substantiam insunt partibus. quod si nō aliam essentiā secundum naturā tribuunt, nec aliam scil. operationem secundum naturā toti præter operationes partium reddent. vtrumque enim cum sit secundum naturam Christus, idem enim est natura Deus & homo, habet quæ sunt vtriusque naturæ propria, diuinam inquam volantatem, & operationem, & humanam voluntatem, & operationem, & minimè vnam ad tollendum duas secundum naturam operationes, vel aliā præter duas, secundū naturam, id est, tres operationes, & voluntates.

Quare sicut vtramque substantiam, sic etiam vtramque secundum substantiam voluntatem, & operationē eidem & vni Christo, secundum naturam, attribuimus. si enim diffe-

differentiam partium eius cõsiderantes, eiusdem diuinitati diuina, & humanitati humana conuenienter tribuimus. rursus propter vnionem propria vtriusq. naturæ per communicationem mutuam alteri reddimus: vnde Deum patibilem contra peccatum dicimus, & carnem assumptam & factam, quod erat, qui vnxit, & audeo dicere, sicut Greg. Theologus ὁμόθεον, id est, æque Deum, & nec operatum diuina secundum Deum; quia per carnem anima intelligente animatam, & cum eo copulatam secundũ hypostasim, operabatur, & non sola diuinitate, sicut prius; nec humana operatum secundum hominem; quia secundum potestatem immensam, & non necessitati subiectam operabatur. non enim passio solutio erat, vt in nobis, sed exinanitio pro nobis verbi incarnati. & sanè tanq̃ toti ipsi vni & soli Christo tota secundum naturam tribuimus, quæ sunt naturarũ, ex quibus est, excepto peccato solo. quamobrem secundum naturã patibilem, & non patibilẽ dicimus; eundemq. creatum & non creatum; circumscriptum, & non circumscriptum; terrenum, & cælestem; aspectabilem, & inaspectabilem; capi posse, & capi

non

non posse; confitemur. si verò rursus his circũscripti, & in arctum coacti, effectum duarum eiusdem secundum naturam operationum, id est, miraculum à Saluatore factum aliis, vt resurrectionem, vel assumptionem vel mundationem leprosi, aut aliquid huiusmodi mirabile vnam & eandem operationẽ esse aiunt. neq; sic quidem quod isti dicunt de vna operatione, speciem habet bonæ rationis, & argumenti: non enim vnum miraculum Saluatoris, sed infinita esse scimus, de quibus ait Ioannes summus Theologus, si scribantur per singula, nec ipsum, arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Præterea ex iis, quæ extra sunt, nec in alio quopiam, nedum in ipso verbo Dei propter nos incarnato, quod supra omnia est, essentiam secundum substantiam agnoscimus, sed ex naturalibus proprietatibus, quibus ipse in se signatur. idem est, si dicam, ex voluntatibus, & operationibus naturalibus: vel definiant sic fabrum lignarium, animal operans in ligno, & non animal rationale, neque mortale, aperientes naturam eius ex sedili, verbi gratia, aut scabello, & non

ex pro-

ex proprietatibus, quæ eam secundum substantiam constituunt, quod quidem vel cogitare inscitia est. vnde natura Deum & eundem proprè hominem non aliunde cognoscimus, quàm ex proprietatibus naturæ insitis, quæ eum diuinè, & humanè signant, ex proprietatibus, inquam, diuinæ voluntatis & operationis, & humanæ eius voluntatis, item & operationis, quibus quod erat, & factus fuit, signauit, edens sponte miracula supra nostram facultatem, tanquam Deus, & patiens propter nos sponte tanquam homo, non aliud quid apparens, præter ea, ex quibus, & in quibus, & quæ est, veluti adulterium aliquid, & interiectum, id est, tertium quid instar mulorum, sicuti hæreticorum fabula ficta monstrose loquitur, à sanctorũ Patrum pia prædicatione aberrans; sed potius illa ipsa reuera est, propriè, ex quibus, & in quibus verè, & propriè est. ex diuinitate enim, & humanitate, & in diuinitate secundum naturam cum sit, Deus natura, & homo est Christus, & nihil aliud penitus.

Et quomodo, inquiunt, sapiens Cyrillus medium quendam ordinem vocum in Christo scire

scire se profitetur. sic ad Acatium scribens: aliæ quidem voces sunt, maximè Deum decentes; aliæ verò rursus hominẽ, aliæ medium quendam ordinem habent. & quid hoc illis confert ad suam opinionem? non enim ex mutatione, aut reiectione extremorum, diuinitatis, inquam, & humanitatis, vel diuinæ eius, & humanæ voluntatis, & operationis aliud quid medium, id est, interiectum effectum cum neutra parte earum, ex quibus, secundum naturam constat, communionem habentem, aut rursus operationem quampiam compositam esse, vel habere in his tradit nobis Doctor Cyrillus, sed quod hæc est propriè, ex quibus existit, non autem separatim hæc nominatur, sed simul; & in eodem vtrumque horum, tanquam vnus, & solus Christus, testatur hæc ipse, cum Orientis Episcopos defendit, & sic ad Acatium scribit: Fratres autem Antiochenses, nullo modo, quæ copulata sunt, diuidunt. solas verò voces contendunt decere diuidere in Christo; & alias quidem diuinitati eius, alias verò rursus humaniti tribuere. idem enim Deus & homo est. aiunt verò esse alias, quæ quodammodo factæ sint commu-

I . nes,

nes, & ad ambas naturas respicientes, diuinitatem dico, & humanitatem. exponam, quod dico. vocum partim sunt maximè Deum decentes; partim rursus hominem. partim verò medij cuiusdã ordinis sunt, quæ declarant Filium Dei Deum, & hominem simul, & in eodem. monstrauit igitur nobis Doctor esse medium ordinem vocum, quæ non aliud quid esse Christum significant, præter ea, ex quibus, & in quibus, & quæ quidem est, vt quidam suspicati sunt, sed Deum simul & eundem hominem esse secundum naturam. & producit ad probandum hæc scripturas sic inquiens; quando Philippo dicit, tantò tempore vobiscum sum, & non cognouistis me: Philippe non credis, quoniam ego in Patre, & Pater in me est? qui vidit me, vidit & Patrem; &; ego, & Pater vnum sumus. affirmamus vocem maximè Deum decere. Quando verò increpat populos Iudæorum illis verbis, si Filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ vtiq; faceretis, nunc autem quæritis interficere me, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. hoc Abraham non fecit. dicimus dicta hæc esse, vt hominem decebant, cæterum vnius filij esse voces Deum

decen-

decentes, & voces humanas, id est, hominem decentes. medias verò illas esse affirmamus, vt cum ait Paulus: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. & rursus, vnus Deus, & Pater, ex quo omnia, & nos ex ipso, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. & rursus, quorum Patres; & ex quibus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen.

En igitur, qui Christum Iesum nominauit, heri & hodie esse dicit, & in sæcula, & per ipsum, facta esse omnia, & eum, qui secundum carnem ex Iudæis est, super omnes nominat Deum, & quidem bene dictum in sæcula, Amen. Ne igitur in his voces Domini diuidas. habent enim in eodē, quod Deum decet, & quod hominem: accommoda potius eas tanquam vni Filio, id est, verbo incarnato. his verbis Spiritus, docuit nos Doctor medias voces nihil aliud prorsus in Christo significare, quam id, quod in eodem, Deum, & hominem decet. vnde has ipsi accommodare sine diuisione, iubet, tanquam Deo, eidemq;

 natura

natura homini: & aliud nihil omninò, sicut dixi.

Atqui in Christo, aiunt, vnam & ipse operationem confitetur. sic enim ait, Ioannem Euangelistam interpretans. & cum filiam Archisynagogi excitauit, inquiens, surge puella, tenuit manum eius, sicut scriptum est, vitam quidem reddēs iussione omniū effectrice tanquam Deus; ac rursus reddens vitam tactu propriæ carnis, vnam, & cognatam operationem per ambo edens. sed hoc nimis apertam habet Doctoris sententiam, quod non vnam ambarum substantiarum, ex quibus vnus & solus Christus est, operationem decernit, vt quidam suspicantur, siquidem ad Hermiam scribens, ait. operabuntur enim similiter, quæ eandem naturam inter se sortita sunt. Quibus autem ratio modi essentiæ varius est, his ratio operationis in omnibus non erit eadem. quæ enim sunt eiusdem operationis, certum est eiusdem substantiæ esse. alterum igitur duorum necessarium est; aut secum pugnantem introducere Doctorem; aut eandem naturam reddentem, sicut & eandem operationem in Christo, & non varias naturas tradere in

re in vnum; & idem inter se coëuntes operatione vna sine vlla variatione. Quæ enim sunt eiusdem operationis, eiusdem etiam substantiæ, inquit, certum est esse. quòd si vtrumque est indecorum, & secum dissentire & non profiteri varias in Christo naturas, ex quibus est, liquet non vnam operationem ambarum substantiarum ex quibus Christus compositus est, tradere, cùm ait, vnam, & cognatam per ambo operationem edens: sed demonstrat, eum, qui erat natura Deus, & incarnatum verbum, operationem suam natura viuificam; & diuinam incorporeè, & per corpus adhibere. cùm enim dixit cognatam, nihil aliud significabat, quàm eandem operationem viuificam per ambo, per iussionem scilicet omnia operantem, & per tactum suæ sanctæ carnis, in miraculis editam: sicut ignis sine materia vrens, & per materiam, eandem vtroque modo vim vrendi edit. non igitur ad tollendum humanam operationem Saluatoris hæc dicit Doctor Cyrillus. cum enim dixit tactum carnis, humanam operationem planè significabat. si quidem vis tangendi manifestè declarat humanam operationem,

 sed

ſed nec aliam operationem præter duas, ab eo tradidit, ſed potius operationem naturæ viuificam, ſicut dictum eſt, per ambo, per iuſsionem dico, & per tactum ab vno, & eodem Deo verbo prodeuntem declarauit.

Quòd ſi his Patrum piis prædicationibus obſeſsi, Epiſtolam Heracliani ad Achilium proferunt, in qua admonent vnam in Chriſto præter duas naturas tanquam totius motum dicere, interpretentur ipſi hanc. ſic enim ait: vna quidem tota Domini natura, & motio; duæ verò ſecundum relationem. vna quidem partim motio, & natura κατ᾽οἰκείωσιν *duæ verò per ſe. cum motionem dico, operationem & paſsionem volo declarari. oportet igitur, qui hæc ad dogmata ſua firmanda obiiciunt, explicare oratione, quæ, & quomodo dicta eſt, & cuius è numero illuſtriũ Patrum teſtimonium habet vna tanquam totius Domini natura, & motio; & quæ duæ ſecundum relationem, quæ verò partium vna* κατ᾽οἰκείωσιν, *natura, & motio? & quæ duæ per ſe? id eſt, hæ tres coniugationes naturarum eiuſdem & motionum? & quis vnum & eundem motum vtrum-*

vtrumque declarare tradidit, operationem, inquam, & paßionem? & quomodo: siquidem ambas secundum eos significat; non secundum omnem motum Filius à Patre separatus est, tanquam natura patibilis secundum omnem motum? aut quomodo vtrumque, operationem simul & paßionem motus Dei & Saluatoris vllo modo significat? Deus enim natura impatibilis est, & expers habitudinis, & simplex. immò omni simplicitate simplicior. Quomodo rursus cum coniugationibus trium motuum non introducunt duodecim operationes, & paßiones: siquidem motus vtrumque opinione ipsorum significat? aut quis ex sanctis Patribus naturas in Christo secundum relationem, vel κατ' οἰκείωσιν, *id est, attributionem professus est?*

Hæc prius ex Patrum iudicio & sententia demonstrent; & inde postea suorum dogmatum opinionem confirment. sin non poterunt, his omißis, illis solis nobiscum insistant, q̃ piè iudicata, & decreta sunt à sanctis Patribus Ecclesiæ Catholicæ, & à sanctis quinque Synodis œcumenicis, confitentes vnum &

eundem, ac solum Deum, Iesum Christum Deum natura, in omnibus perfectum, & hominem natura, in omnibus item perfectum, excepto peccato tantùm. & ne ad negandum perfectum esse natura in vtrisque per omnia, diuinam, vel humanam ipsius voluntatem, & operationem tollant, agnoscentes, neq; quod erat sine principio, & sine causa: neque quod factum est propter causam, id est, propter nostram salutem, diminuisse, vel mutasse, vel deleuisse verbum Dei ne tantulum quidem penitus. quin potius ex toto, ac perfectè, excepto peccato, in se, & per se secundum omnia, & in omnibus custodisse; esseque illa ipsa propriè, vt dixi, secundum essentiam naturalem, vnde & natura velle, & operari potest vnus & idem, & solus Dominus noster, & Deus, secundum ambas naturas, ex quibus, & in quibus nostræ salutis auctor extitit. siquidem Deus potestatem habens secundum naturam, & auctor substantiæ omnium, non est factus homo mentis, & vitæ nostræ naturalis expers, & eorum, qui ab ipso creati sunt, sed potius intelligens, id est, potestate volendi, & operandi natura præditus verè vocatus

est

eſt homo. idem natura & ſolus Deus me totum cum meis aſſumpſit, vt mihi toti ſalutem donaret, tota damnatione peccati ſoluta. quia q̄ non fuit aſſumptum, non fuit curatū, Quod autem copulatum cum Deo eſt, hoc ſeruatur, vt ait, qui à Theologia cognominatus eſt.

Sed quia ij, qui aliter ſentiunt, quorum obiectiones falſas, pia doctrina ſanctorum Patrum, confutauimus, ex altera parte noſtra producunt, vt in nos incurrant, vel potius, vt ſimpliciores fallant; litteras inquam, quas ad Marinum, vt aiunt, & quas ad Pyrrhum ſcripſimus, neceſſe eſt breuiter de his dicere, vt in omnibus, quod omni dubitatione careat, à nobis habeatis. Ad Marinum quidem Presbyterum variè & de diuerſis capitibus ſcripturæ ſcripſimus, non tamen vllo quouis modo de contrariis dogmatibus dictum eſt, de vna inquam, & de duabus, id eſt, quas ipſi fingunt in eodem, & vno Chriſto tres operationes, vel voluntates, quaſi nos has in eodem ſimiliter, vt ipſi, conſtituamus; aut confiteamur Marino, aut vlli prorſus. ſi enim, quæ deſtruxi, hæc rurſus ædifico, tranſgreſſorem me conſtituo, ait vas electio-

nis. vnde Epistolam, quam sic quidem proferunt, id est, fingunt, tanquam à nobis ad Marinum missam, tanquam alienam omninò, & non nostram nos ipsi abiicimus, & cunctos similiter atque nos, vt abiiciant, qui piè Dominum confitentur, obsecramus, vt omnem occasionem aduersariis intercipiamus, qui excusant excusationes in peccatis, & studium contradicendi calumnia contegunt. quos quia non commendat ratio propria impetu veritatis fracta, aditum fallacem, simplicioribus ad se confictis litteris moliuntur. sed aditum ad eos non sibi reperient, qui veritatem, quam nos defendimus, mendacio antepofuerint.

Pyrrhus verò cum ad nos prius librum magnum scripsisset, & valde nos, nescio quomodo, in eo honorasset, in eoq; inquirendo, & non pronunciando de vna, & duabus operationibus eiusdem disseruisset, nostramque sententiam, & opinionem de vtroque requireret, & accerseret, nos, vt par erat, cum etiam in proœmio Epistolæ honorauimus, sicut Apostolus nos hortatur, cum ait, honore inuicem præuenientes. atqui & eos, qui aliter

aliter habent, vel ad nos scribunt, diligere, & benedicere eis iubet diuina scriptura. simul etiam studium fuit mihi non exuperare, sed magis lenire virum laudibus ad assentiendum iis, quæ à me piè secundum doctrinam sanctorum Patrum tradita erant, vnde sic confitebar intellexisse me, quæ ab illo mihi scripta erant, secundum ea, quæ ego illi scripseram, incitans eum, vt dixi, & inuitans ad assentiendum piæ doctrinæ, quæ salutem maximam illi compararet, si eam amplexus, nobiscum, sicut scripsimus, confiteretur, id est, duas eiusdem, & vnius Christi Dei nostri secundum naturam operationes, sicuti duas etiam naturas sine confusione, & diuisione copulatas, diuinam, & humanam, increatam, & creatam, sed non vnam, & eandem vtcunque dictam. non enim doctrina Patrum, sed potius hæretica est, doctrina de vna & eadem operatione, vel voluntate, vel natura in eodem & vno Domino & Deo nostro.

Illius igitur meæ ad Pyrrhum laudationis hæc fuit ratio, ac modus, cum vellem

lem sensim eum à contraria opinione abducere, & ad rectam rationem fidei transferre. si quis verò ab eo, quod mihi propositum erat, aberrans, illam meam laudationem adhuc ægrè fert, consilij mei, & prouidentiæ rationem minimè approbans, dimittat is, & abiiciat, vt ei videtur, istam laudationem; quæ ne nobis quidem deinceps placebit, sed potius molesta, & difficilis erit, posteaquam planè euersus est ille, confirmate verò, & rata habete, quæ rectè illi à nobis tradita sunt, quæ sunt præcipua, & approbata; & quæ perspicuè illustrium Patrum confessionem demonstrant.

Habetis Patres sancti. quomodo vos omni dubitatione per defensionem meam liberauerim. sed viriliter agite, & roboramini Spiritu, nec ad dexterã, nec ad sinistram, deflexi ab aduersariis, & eorum dogmatibus, sed in via regia stabiliti, & ab eo deducti, qui dixit, ego sum via, & vita, & veritas, vnanimes, idem sentientes; & Deus pacis erit cum omnibus vobis piè à vobis prædicatus, & sanctè à vobis cultus, & finis beatæ hic vitæ, & confessionis, qui se illic præbebit vobis beatam

tam

tam hæreditatem, & requiem, cum quo Patri cum S. Spiritu honor, imperiũ adoratio nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

SANCTI MAXIMI γνῶμαι DEMONSTRATIVÆ DVARVM IN CHRISTO VOluntatum.

Si sicut vna hypostasis est Verbum cum carne, sic etiam vna voluntas opinione quorundam, necesse est: vt sicut hypostase, sic etiam voluntate à nobis, & à Patre differat verbum. Quomodo igitur demonstrabitur esse vnius naturæ cum Patre, ex differentia voluntatum? 1

Si quibus verbum vnitatem habet cum carne, his à Patre separatur; & quibus vnitatem habet cum Patre, his à carne disiungitur. est autem vna voluntas cum carne opinione istorum, igitur voluntate à Patre separabitur. 2

Si quibus vnitum est Verbum cum Patre & Spiritu S. his à carne differt. est autem communi sententia Christianorum vnitum voluntate cum Patre & Spiritu S. igitur voluntate 3

tate

tate carnis à Patre, & Spiritu S. differt, si studemus, vt canones, quos Patres nostri sanxerunt, custodiamus.

4 *Hanc vnam voluntatem necesse est istos dicere vel naturalem, vel hypostaticam esse. siquidem constitutio rerum in substantia, & hypostase spectatur, & cernitur. quid enim aliud præter hæc dicere possunt? sed si naturalem dicant, etiam dicere volentes vnam naturam verbi & carnis. sin autem hypostaticam, cogentur propter tres hypostases tres voluntates dicere, si decreuerunt non discrepare secum.*

Id est, vel naturæ, vel personæ esse. σύστασις τῶν ὄντων.

5 *Si voluntas diuinæ naturæ verbi est creatrix omnium, quæ facta sunt, hæc autem ipsorum opinione est voluntas carnis, plane creatrix est omnium, quæ facta sunt caro verbi. atque ita sublata est gloria Christianorum, esse scilicet creatam carnem. quomodo enim creatura est, quæ ex nihilo creat? & quæ præcipuam diuinæ naturæ proprietatem habet? deinde, si quia est vna voluntas Patris, & Filij, & Spiritus S. vna etiam eorum natura esse à sanctis Patribus demonstrata est, vna autem voluntas est verbi, & carnis isto-*

istorum opinione. erit igitur vna etiam ververbi, & carnis natura. quod si vna voluntas verbi & carnis non inducit, ac concludit vnam, nec in Patre, & Filio, & Spiritu S. vna voluntas vnam scilicet naturam inducet, & concludet. & inanis est fides nostra; & inanis Patrum prędicatio.

6 *Hæc vna voluntas aut est* προαιρετική, *id est, electiua, aut naturalis; si naturalis, etiam vna natura est carnis, & verbi, vt iam demonstratum est. Sin verò est electiua, sicut hypostase, ita etiam* τῇ γνώμῃ, *separabitur Christus à Patre, & Spiritu S.*

7 *Si auctore magno Cyrillo, quæ sunt eiusdem substantiæ & naturæ, etiam sunt eiusdem voluntatis, quomodo quæ sunt eiusdem naturæ, possunt esse non eiusdem voluntatis?*

8 *Si auctore Chrysostomo natura insitum habet caro nolle mori, verbum autem carnem sibi vniuit cum omnibus, quæ ei naturaliter inerant, sine mutatione secundum hypostasim, quomodo quæ naturaliter carni Domini insunt, non confitebuntur? aut quomodo negantes quæ naturaliter insunt, natu-*

ram

ram cum naturalibus proprietatibus non ſimul tollunt?

9 *Si cùm voluntate perſonam ſimul inferri dicunt, & ob eam cauſam illic timentes, vbi non eſt timor, non patiuntur, vt duas voluntates dicant, ne duæ perſonæ neceſſariò cum illis inferantur, cogentur, ſi tamen conſentaneè ſuo dogmati loqui volunt, aut propter vnam voluntatem diuinitatis, vnam etiam perſonam dicere, quandoquidem ipſorum opinione, voluntatem neceſſariò ſequitur perſona. aut propter tres perſonas & voluntates, vel Sabellij συναίρεσιν, id eſt, coniunctionem, vel Arij diuiſionem introducere.*

10 *Quia verò ſæpè homonymia eſt cauſa erroris, cum auditor ad aliam ſignificationem tranſit, præter eam, quàm verbum ſignificauit, rogo veſtram in Chriſto prudentiam, quo diſtinctè & ſine confuſione fiat rerum declaratio, vt explanetis nobis ante omnia, quid omninò eſt voluntas; & in quibus rebus ſignificatis verſatur hoc nomen. & ſi res hoc nomine appellatæ aliæ quidem ſunt compoſitæ; aliæ verò ſimplices, quæ ſint compoſitæ; quæ ſimplices? & ſi compoſita habent partes*

æqualis

æqualis temporis, an non æqualis. & quæ quibus sunt priora, & quæ quibus posteriora. & quæ uniuscuiusq; partis demonstratio, & definitio, ut poßimus scire, quomodo dictam, aut intellectam unam voluntatem oporteat tenere, & approbare. non enim Patres de vocibus, sed de rebus loquebantur. unde voces quidem reperimus Patres prætermisisse, notiones verò nequaquam. Adhæc, Quid προαίρεσις, *id est, electio, quid* γνῶσις, *id est, cognitio, quid* γνώμη, *id est, sententia, qd* γνωμικὸν θέλημα παρὰ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν γνώμην, *id est, quid voluntas gnomica præter electionem, & sententiã? hæc enim omnia volunt concurrere ad docendum de voluntatibus. & qui hæc non cognoscit perfectè, & limatè, & de voluntatibus disputat, cæcus est, & manu tentans, non intelligens, neq; de quibus loquitur, neque de quibus affirmat. ex quo fit, ut turbam inferat Ecclesiæ sanctæ propter cupiditatem gloriæ, ex qua ægrotat: & ut videatur sapiens. quod autem orthodoxorum sit, & non hæreticorum dicere duas voluntates non simpliciter, sed naturales in ipso uno Christo, sicut duas*

Hæc testimonia nõ comparẽt in autographo.

naturas, subiectæ auctoritates Patrum κεκανονισμένων, & diuinorum docebunt.

Quæstio.

Quare cum dicimus vnamquamq; hypostasim sanctæ Trinitatis, & Deũ, & naturam, & substantiam, tres hypostases dicimus, non tres Deos, aut tres naturas, aut tres substantias dicimus?

Resp.

Quoniam in vna substantia tres hypostases ἐνούσιοι intelliguntur. & sunt, non in alia, & alia. & rursus hypostases συμπλοκὴν, id est, complexionẽ cõmunis, & proprij declarant; vnũ autem, declarat commune formatum, & signatum, & subiectum, sicut ait S. Basilius, quidem est Deus, & substantia & natura. non sunt igitur secundum hoc tria, sed vnum substantia, ne in tres substantias, & deitates vnam diuidamus. non enim necesse est, vt commune simul cum singularibus diuidatur. non enim anima, quæ vna est, & tota in singulis partib. proprij corporis, simul diuiditur cum partibus. sunt igitur & hypostases ἐνούσιοι, id est, in substantiam; & vna harum substantia subiecta, sicut illic vna anima; in vna enim substantia sunt ἐνούσιοι, & non in multis. quia nulla persona est, non per se subsistens, sed potius vna-

ἀνυπόστατον.

us vnaquæque in propria hypostasi est. omnes autē simul in vno subiecto, substantia scil. diuinitatis, spectātur, quatenꝰ personæ sunt inter se homousiæ, id est, eiusdem substantiæ, siue essentiæ. quia multa quatenus differunt, sunt multa: quatenus verò communicant, non sunt multa. nec enim communio aditum præbuit multitudini, sed differentia.

Quæstio. *Quare in Christo personam dicimus compositam, sed non naturam?*

Resp. *Quia partes compositi non possunt esse extra compositionem. natura autem diuina non solum est in sancta carne composita, sed vbique est. Quomodo igitur si dicimus compositam diuinam naturam, extra compositionem poßet esse? nunc autem vbiq; est. vnde neq; substantiam, neq; naturam compositam Patres dixerunt. fieri enim non potest, vt quæ composita sunt, extra compositionem existant, quamdiu sunt sub compositione. diuina igitur natura excluderetur ab vniuerso.*

Schol. Turr. Hac ratione nec hypostasis dici debet quatenus diuina hypostasis filij non circumscripta est humana carne assumpta.

DISTINCTIO MVLTIPLICIS VNIONIS.

1 VNIO *secundum substantiam in hypostasibus indiuiduorum.*

2 *Vnio secundum hypostasim in substantiis, ut in anima & corpore.*

3 *Vnio secundum habitudinem* ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν, *ut una voluntatibus.*

4 *Vnio secundum appositionem, ut in tabulis.*

5 *Vnio secundum harmoniam, id est, aptationem, ut in lapidibus.*

6 *Vnio secundum mixtionem, ut in humidis.*

7 *Vnio secundum* φύρσιν, *conspersionem, ut in siccis, & humidis, ut in farina, & aqua.*

8 *Vnio secundum confusionem, ut in iis, quæ liquantur ut cera & pice, & similibus.*

9 *Vnio secundum aceruationem, ut in siccis, ut frumento, & hordeo.*

10 *Vnio secundum coniunctionem in iis, quæ disiunguntur, & rursus coniunguntur, ut in lampade ex igne exeunte, & rursus igni reddita.*

SAN-

SANCTVS MAXIMVS DE DVABVS NATVRIS DOMINI ET DEI SALVATORIS nostri Iesu Christi, & quod Arius & Nestorius in Theologia, & Incarnatione, contra atque Sabellius, & Eutyches sentiunt.

ARIVS *tres hypostases confitetur, sed vnitatem negat, & non dicit consubstantiale esse Trinitatem. Sabellius vnitatem confitetur, sed Trinitatem negat. eundem enim dicit Patrem & Filium & Spiritum S. Ecclesia verò vnitatem confitetur, & Trinitatem prædicat. Similiter Nestorius in vno ex sancta Trinitate naturarum differentiam dicit, sed vnionem non confitetur. non enim dicit factum esse secundum hypostasim. Eutyches verò vnionem quidẽ confitetur, differentiam tamen secundum substantiam negat, & confusionem naturarum introducit. Ecclesia verò & vnionem secundum hypostasim, ne diuisio fiat: & differentiam secundum substantiam, ne confusio, profitetur.* 1

2 *Quomodo summa vnio & idem habet, & diuersum? idem in substãtia, vt in sancta Trinitate, diuersum verò in personis. vnam enim substantiam dicimus, tres verò personas. in homine autẽ eadem est persona, diuersitas verò substantiarum in ea. siquidem vnius hominis alia substantia est animæ, alia corporis. similiter in Domino nostro Christo eadem est persona, & diuersitas substantiarum. siquidem vna est hypostasis siue persona, & vnius substantia est diuinitas; & alterius humanitas. sicut enim impossibile est in sancta Trinitate confiteri quidem vnionem, & non efferre differentiam; sic omninò necesse est in incarnatione & vnionem, & differentiam prædicare.*

3 *Sicut enim nõ eisdem vocibus significatur in sancta Trinitate differentia, & vnio, quin potius dicendo quidẽ tres hypostases, differentia significatur; confitendo verò vnã substantiam, vnionem cõfitemur, sic in vno ex sancta Trinitate cognoscendo, quidem duas naturas, differemtiam naturarum; prædicando verò vnam hypostasim, compositam vnionem confitemur.*

Sicut

Sicut Arium anathematizamus prædicantem in sancta Trinitate differentiam secundum hypostasim, sed non prædicantem naturalem vnionem, sic Nestorium anathematizamus cognoscentem differentiam substantiarum in Christo, sed non confitentem vnionem secundum hypostasim. 4

Sicut Sabellium anathematizamus prædicantem in sancta Trinitate naturalem vnionem, sed non prædicantem differentiam secundum hypostasim, sic Eutychem anathematizamus, confitentem quidem vnionem secundum hypostasim, sed non agnoscentem naturarum differentiam. 5

Differentiam hypostasim in sancta Trinitate, & naturarum differentiam in vno ex sancta Trinitate, non in sensu oportet dicere, sed oculis mentis intelligere. & quomodo in sancta Trinitate tres hypostases profertis propter differentiam secundum hypostasim; in vno autem ex sancta Trinitate non profertis duas naturas, in vna hypostase propter differentiam naturarum? 6

7 *Sicut propter homousion sanctæ Trinitatis vnam substantiam, & propter diuersitatem personarum tres hypostases dicis, sic propter diuersitatem substantiæ verbi & carnis duas substantias, & propter propriam subsistentiam dic vnam hypostasim.*

8 *Sicut in sancta Trinitate vnam substantiam dicimus non ad confundendas tres hypostases; neq; tres hypostases ad tollendã vnam substantiam; sic in vno ex sancta Trinitate, vnã hypostasim dicimus, non vt duas naturas eius confundamus; neq; duas naturas, vt vnam hypostasim diuidamus.*

9 *Qui non dicit in Christo propter differentiam naturarum vnionem secundum hypostasim, Nestorianus est; & qui non dicit in vnione secundum hypostasim, differentiam naturarum, Eutychianista est. qui autem profitetur & vnionem secundum hypostasim, & naturarum differẽtiam prædicat in vno ex sancta Trinitate, hic regiam, & omni reprehensione, & macula carentem fidem tenet.*

10 *Qui dicit differentiam, & vnionem in Christo, neq; differentiam tollit; neque vnionem confundit: siquidem Cyrillus eos anathemati-*

matizat, qui propter differentiam tollunt vnionem secundum hypostasim. & Synodus œcumenica anathematizat eos, qui propter vnionem secundũ hypostasim differentiam naturarum tollunt in vno ex sancta Trinitate.

ADMONITIO.

INTER aduersaria Turriani reperimus etiam sequentes hæreticorum & Ecclesiæ orthodoxę antitheses, quod ad pietatis dogmata attinet. Ex Græco conuersæ sunt à clarissimo Turriano. non tamen adscripto auctoris nomine, Nos propter similitudinem argumenti, his decem sancti Maximi capitibus subiungere voluimus.

ANTITHESES HÆRETICORVM ET ECCLESIÆ orthodoxæ circa nonnulla fidei dogmata.

SABELLIVS *vnam quidem naturam confitetur, esse autẽ tres hypostases vocat naturam* μονοπρόσωπον, *eundem Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum Sanctum, nuda solum nomina, rem verò vnam.*

lem sensim eum à contraria opinione abducere, & ad rectam rationem fidei transferre. si quis verò ab eo, quod mihi propositum erat, aberrans, illam meam laudationem adhuc ægrè fert, consilij mei, & prouidentiæ rationem minimè approbans, dimittat is, & abiiciat, vt ei videtur, istam laudationem; quæ ne nobis quidem deinceps placebit, sed potius molesta, & difficilis erit, posteaquam planè euersus est ille, confirmate verò, & rata habete, quæ rectè illi à nobis tradita sunt, quæ sunt præcipua, & approbata; & quæ perspicuè illustrium Patrum confessionem demonstrant.

Habetis Patres sancti. quomodo vos omni dubitatione per defensionem meam liberauerim. sed viriliter agite, & roboramini Spiritu, nec ad dexterā, nec ad sinistram, deflexi ab aduersariis, & eorum dogmatibus, sed in via regia stabiliti, & ab eo deducti, qui dixit, ego sum via, & vita, & veritas, vnanimes, idem sentientes; & Deus pacis erit cum omnibus vobis piè à vobis prædicatus, & sanctè à vobis cultus, & finis beatæ hic vitæ, & confessionis, qui se illic præbebit vobis beatam

tam hæreditatem, & requiem, cum quo Patri cum S. Spiritu honor, imperiū adoratio nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

SANCTI MAXIMI γνῶμαι DEMONSTRATIVÆ DVARVM IN CHRISTO VOluntatum.

Si sicut vna hypostasis est Verbum cum carne, sic etiam vna voluntas opinione quorundam, necesse est: vt sicut hypostasi, sic etiam voluntate à nobis, & à Patre differat verbum. Quomodo igitur demonstrabitur esse vnius naturæ cum Patre, ex differentia voluntatum? 1

Si quibus verbum vnitatem habet cum carne, his à Patre separatur; & quibus vnitatem habet cum Patre, his à carne disiungitur. est autem vna voluntas cum carne opinione istorum, igitur voluntate à Patre separabitur. 2

Si quibus vnitum est Verbum cum Patre & Spiritu S. his à carne differt. est autem communi sententia Christianorum vnitum voluntate cum Patre & Spiritu S. igitur voluntate 3

tate carnis à Patre, & Spiritu S. differt, si studemus, vt canones, quos Patres nostri sanxerunt, custodiamus.

4 *Hanc vnam voluntatem necesse est istos dicere vel naturalem, vel hypostaticam esse. siquidem constitutio rerum in substantia, & hypostasè spectatur, & cernitur. quid enim aliud præter hæc dicere possunt? sed si naturalem dicant, etiam dicere volentes vnam naturam verbi & carnis. sin autem hypostaticam, cogentur propter tres hypostases tres voluntates dicere, si decreuerunt non discrepare secum.*

Id est, vel naturæ, vel personæ esse. σύστασις τῶν ὄντων.

5 *Si voluntas diuina naturæ verbi est creatrix omnium, quæ facta sunt, hæc autem ipsorum opinione est voluntas carnis, plane creatrix est omnium, quæ facta sunt caro verbi. atque ita sublata est gloria Christianorum, esse scilicet creatam carnem. quomodo enim creatura est, quæ ex nihilo creat? & quæ præcipuam diuinæ naturæ proprietatem habet? deinde, si quia est vna voluntas Patris, & Filij, & Spiritus S. vna etiam eorum natura esse à sanctis Patribus demonstrata est, vna autem voluntas est verbi, & carnis isto-*

istorum opinione. erit igitur vna etiam ververbi, & carnis natura. quod si vna voluntas verbi & carnis non inducit, ac concludit vnam, nec in Patre, & Filio, & Spiritu S. vna voluntas vnam scilicet naturam inducet, & concludet. & inanis est fides nostra; & inanis Patrum prædicatio.

6 *Hæc vna voluntas aut est* προαιρετική, *id est, electiua, aut naturalis: si naturalis, etiam vna natura est carnis, & verbi, vt iam demonstratum est. Sin verò est electiua, sicut hypostasi, ita etiam* τῇ γνώμῃ, *separabitur Christus à Patre, & Spiritu S.*

7 *Si auctore magno Cyrillo, quæ sunt eiusdem substantiæ & naturæ, etiam sunt eiusdem voluntatis, quomodo quæ sunt eiusdem naturæ, possunt esse non eiusdem voluntatis?*

8 *Si auctore Chrysostomo natura insitum habet caro nolle mori, verbum autem carnem sibi vniuit cum omnibus, quæ ei naturaliter inerant, sine mutatione secundum hypostasim, quomodo quæ naturaliter carni Domini insunt, non confitebuntur? aut quomodo negantes quæ naturaliter insunt, naturam*

ram cum naturalibus proprietatibus non simultollunt?

9 *Si cùm voluntate personam simul inferri dicunt, & ob eam causam illic timentes, vbi non est timor, non patiuntur, vt duas voluntates dicant, ne duæ personæ necessariò cum illis inferantur, cogentur, si tamen consentaneè suo dogmati loqui volunt, aut propter vnam voluntatem diuinitatis, vnam etiam personam dicere, quandoquidem ipsorum opinione, voluntatem necessariò sequitur persona. aut propter tres personas & voluntates, vel Sabellij* συναίρεσιν, *id est, coniunctionem, vel Arij diuisionem introducere.*

10 *Quia verò sæpè homonymia est causa erroris, cum auditor ad aliam significationem transit, præter eam, quàm verbum significauit, rogo vestram in Christo prudentiam, quo distinctè & sine confusione fiat rerum declaratio, vt explanetis nobis ante omnia, quid omninò est voluntas; & in quibus rebus significatis versatur hoc nomen. & si res hoc nomine appellatæ aliæ quidem sunt compositæ; aliæ verò simplices, quæ sint compositæ; quæ simplices? & si composita habent partes*

æqualis

æqualis temporis, an non æqualis. & quæ quibus sunt priora, & quæ quibus posteriora. & quæ uniuscuiusque partis demonstratio, & definitio, ut possimus scire, quomodo dictam, aut intellectam unam voluntatem oporteat tenere, & approbare. non enim Patres de vocibus, sed de rebus loquebantur. unde voces quidem reperimus Patres prætermisisse, notiones verò nequaquam. Adhæc, Quid προαίρεσις, id est, electio, quid γνῶσις, id est, cognitio, quid γνώμη, id est, sententia, quid γνωμικὸν θέλημα παρὰ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν γνώμην, id est, quid voluntas gnomica præter electionem, & sententiam? hæc enim omnia volunt concurrere ad docendum de voluntatibus. & qui hæc non cognoscit perfectè, & limatè, & de voluntatibus disputat, cæcus est, & manu tentans, non intelligens, neque de quibus loquitur, neque de quibus affirmat. ex quo fit, ut turbam inferat Ecclesiæ sanctæ propter cupiditatem gloriæ, ex qua ægrotat: & ut videatur sapiens. quod autem orthodoxorum sit, & non hæreticorum dicere duas voluntates non simpliciter, sed naturales in ipso uno Christo, sicut duas

 naturas,

naturas, subiectæ auctoritates Patrum κεκανονισμένων, & diuinorum docebunt.

Hæc testimonia nō comparēt in autographo.

Quæstio.

Quare cum dicimus vnamquamq; hypostasim sanctæ Trinitatis, & Deū, & naturam, & substantiam, tres hypostases dicimus, non tres Deos, aut tres naturas, aut tres substantias dicimus?

Resp.

Quoniam in vna substantia tres hypostases ἐνόυσιοι intelliguntur. & sunt, non in alia, & alia. & rursus hypostases συμπλοκὴν, id est, complexionē cōmunis, & proprij declarant; vnū autem, declarat commune formatum, & signatum, & subiectum, sicut ait S. Basilius, ꝙ quidem est Deus, & substantia & natura. non sunt igitur secundum hoc tria, sed vnum substantia, ne in tres substantias, & deitates vnam diuidamus. non enim necesse est, vt commune simul cum singularibus diuidatur. non enim anima, quæ vna est, & tota in singulis partib. proprij corporis, simul diuiditur cum partibus. sunt igitur & hypostases ἐνόυσιοι, id est, in substantiam; & vna harum substantia subiecta, sicut illic vna anima; in vna enim substantia sunt ἐνόσιοι, & non in multis. quia nulla persona est, non per se subsistens, sed potius vna-

ἀνυπόστατον.

us vnaquæque in propria hypostasi est. omnes autē simul in vno subiecto, substantia scil. diuinitatis, spectātur, quatenꝰ personæ sunt inter se homousiæ, id est, eiusdem substantiæ, siue essentiæ. quia multa quatenus differunt, sunt multa: quatenus verò communicant, non sunt multa. nec enim communio aditum præbuit multitudini, sed differentia.

Quæstio. Quare in Christo personam dicimus compositam, sed non naturam?

Resp. Quia partes compositi non possunt esse extra compositionem. natura autem diuina nonsolum est in sancta carne composita, sed vbique est. Quomodo igitur si dicimus compositam diuinam naturam, extra compositionem posset esse? nunc autem vbiq; est. vnde neq; substantiam, neq; naturam compositam Patres dixerunt. fieri enim non potest, vt quæ composita sunt, extra compositionem existant, quamdiu sunt sub compositione. diuina igitur natura excluderetur ab vniuerso.

Schol. Turr. Hac ratione nec hypostasis dici debet quatenus diuina hypostasis filij non circumscripta est humana carne assumpta.

❧ (:) ❧

DISTINCTIO MVLTIPLICIS VNIONIS.

1 VNIO *secundum substantiam in hypostasibus indiuiduorum.*

2 *Vnio secundum hypostasim in substantiis, vt in anima & corpore.*

3 *Vnio secundum habitudinem* ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν, *vt vna voluntatibus.*

4 *Vnio secundum appositionem, vt in tabulis.*

5 *Vnio secundum harmoniam, id est, aptationem, vt in lapidibus.*

6 *Vnio secundum mixtionem, vt in humidis.*

7 *Vnio secundum* φύρσιν, *conspersionem, vt in siccis, & humidis, vt in farina, & aqua.*

8 *Vnio secundum confusionem, vt in iis, quæ liquantur vt cera & pice, & similibus.*

9 *Vnio secundum aceruationem, vt in siccis, vt frumento, & hordeo.*

10 *Vnio secundum coniunctionem in iis, quæ disiunguntur, & rursus coniunguntur, vt in lampade ex igne exeunte, & rursus igni reddita.*

SAN-

SANCTVS MAXIMVS DE DVABVS NATVRIS DOMINI ET DEI SALVATORIS nostri Iesu Christi, & quod Arius & Nestorius in Theologia, & Incarnatione, contra atque Sabellius, & Eutyches sentiunt.

ARIVS *tres hypostases confitetur, sed vnitatem negat, & non dicit consubstantiale esse Trinitatem. Sabellius vnitatem confitetur, sed Trinitatem negat. eundem enim dicit Patrem & Filium & Spiritum S. Ecclesia verò vnitatem confitetur, & Trinitatem prædicat. Similiter Nestorius in vno ex sancta Trinitate naturarum differentiam dicit, sed vnionem non confitetur. non enim dicit factum esse secundum hypostasim. Eutyches verò vnionem quidē confitetur, differentiam tamen secundum substantiam negat, & confusionem naturarum introducit. Ecclesia verò & vnionem secundum hypostasim, ne diuisio fiat: & differentiam secundum substantiam, ne confusio, profitetur.* 1

2 *Quomodo summa vnio & idem habet, & diuersum? idem in substãtia, vt in sancta Trinitate, diuersum verò in personis. vnam enim substantiam dicimus, tres verò personas. in homine autẽ eadem est persona, diuersitas verò substantiarum in ea. siquidem vnius hominis aliá substantia est animæ, alia corporis. similiter in Domino nostro Christo eadem est persona, & diuersitas substantiarum. siquidem vna est hypostasis siue persona, & vnius substantia est diuinitas; & alterius humanitas. sicut enim impossibile est in sancta Trinitate confiteri quidem vnionem, & non efferre differentiam; sic omninò necesse est in incarnatione & vnionem, & differentiam prædicare.*

3 *Sicut enim nõ eisdem vocibus significatur in sancta Trinitate differentia, & vnio, quin potius dicendo quidẽ tres hypostases, differentia significatur; confitendo verò vnã substantiam, vnionem cõfitemur, sic in vno ex sancta Trinitate cognoscendo, quidem duas naturas, differemtiam naturarum; prædicando verò vnam hypostasim, compositam vnionem confitemur.*

Sicut

Sicut Arium anathematizamus prædicantem in sancta Trinitate differentiam secundum hypostasim, sed non prædicantem naturalem unionem, sic Nestorium anathematizamus cognoscentem differentiam substantiarum in Christo, sed non confitentem unionem secundum hypostasim. 4

Sicut Sabellium anathematizamus prædicantem in sancta Trinitate naturalem unionem, sed non prædicantem differentiam secundum hypostasim, sic Eutychem anathematizamus, confitentem quidem unionem secundum hypostasim, sed non agnoscentem naturarum differentiam. 5

Differentiam hypostasim in sancta Trinitate, & naturarum differentiam in uno ex sancta Trinitate, non in sensu oportet dicere, sed oculis mentis intelligere. & quomodo in sancta Trinitate tres hypostases profertis propter differentiam secundum hypostasim; in uno autem ex sancta Trinitate non profertis duas naturas, in una hypostase propter differentiam naturarum? 6

7 *Sicut propter homousion sanctæ Trinitatis vnam substantiam, & propter diuersitatem personarum tres hypostases dicis, sic propter diuersitatem substantiæ verbi & carnis duas substantias, & propter propriam subsistentiam dic vnam hypostasim.*

8 *Sicut in sancta Trinitate vnam substantiam dicimus non ad confundendas tres hypostases; neq; tres hypostases ad tollendã vnam substantiam; sic in vno ex sancta Trinitate, vnã hypostasim dicimus, non vt duas naturas eius confundamus; neq; duas naturas, vt vnam hypostasim diuidamus.*

9 *Qui non dicit in Christo propter differentiam naturarum vnionem secundum hypostasim, Nestorianus est; & qui non dicit in vnione secundum hypostasim, differentiam naturarum, Eutychianista est. qui autem profitetur & vnionem secundum hypostasim, & naturarum differẽtiam prædicat in vno ex sancta Trinitate, hic regiam, & omni reprehensione, & macula carentem fidem tenet.*

10 *Qui dicit differentiam, & vnionem in Christo, neq; differentiam tollit, neque vnionem confundit: siquidem Cyrillus eos anathemati-*

matizat, qui propter differentiam tollunt vnionem secundum hypostasim. & Synodus œcumenica anathematizat eos, qui propter vnionem secundũ hypostasim differentiam naturarum tollunt in vno ex sancta Trinitate.

ADMONITIO.

INTER aduersaria Turriani reperimus etiam sequentes hæreticorum & Ecclesiæ orthodoxę antitheses, quod ad pietatis dogmata attinet. Ex Græco conuersæ sunt à clarissimo Turriano. non tamen adscripto auctoris nomine. Nos propter similitudinem argumenti, his decem sancti Maximi capitibus subiungere voluimus.

ANTITHESES HÆRETICORVM ET ECCLESIÆ orthodoxæ circa nonnulla fidei dogmata.

SABELLIVS *vnam quidem naturam confitetur, esse autẽ tres hypostases vocat naturam* μονοπρόσωπον, *eundem Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum Sanctum, nuda solum nomina, rem verò vnam.*

Eccleſia vnam naturam diuinitatis confitetur, & tres hypoſtaſes profitetur, Patrem, filium, & Spiritum Sanctum, non nomina nuda, ſed veras res per ſe, & propriè exiſtentes, quæ Græcè dicuntur αὐτουπόστατα καὶ ἰδιουπόστατα, *naturam vnam in tribus hypoſtaſibus, & tres hypoſtaſes in vna diuinitate.*

Arius tres hypoſtaſes confitetur diuerſæ ſubſtantiæ, & vnam diuinitatē negat. quia enim profitetur eandem eſſe naturam, & hypoſtaſim. idcircò tres naturas, & tres hypoſtaſes introducit. ingenitum enim aliud eſſe ait à genito, & à producente τῇ ὑπάρξει. *quod ſi ingenitum eſt aliud à genito, & non poteſt ingenitum eſſe genitum, neq; genitum ingenitum: eſt igitur aliud ſubſtantia ingenitum, & aliud ſubſtantia genitum; quod ſi aliud, non igitur homouſion. quare Pater eſt naturæ ingenitæ, & filius naturæ genitæ. atq; ita Pater ingenitus ſecundùm ſubſtantiam antecedit filium; & poſterior eſt Filius propter generationem. erat igitur tempus, quando non erat Filius.*

Eccleſia vnam naturam diuinitatis confitetur. & tres hypoſtaſes conſubſtantiales veneratur eiusdem naturæ, & ſubſtantiæ. &c.

Eunomius apertè blaſphemat. ait enim

filium

filium esse creaturam à Deo Patre factam, & Spiritũ S. à filio, & Angelos à Spiritu sancto.

Macedonius filiũ ait esse creaturã, Deum tamen Spiritum Sanctum omninò alienũ esse ab appellatione Dei, dicit esse seruum filij, & ab ea tanquam seruum missum.

Nestorius non confitetur filium Dei verè incarnatũ esse. impossibile enim esse hunc misceri cum sanguinibus, & immunditiis; sed dicit conceptum esse ex virgine hominem supra Prophetas, & quia erat purissimus, ἰδιοποιηθῆναι, id est, factum Dei proprium, & habitasse in eo Deum, & vocari eum filium, vnde virginem vocat non deiparam, sed Christiparam.

Eutyches & Philoponus, & Tritheitæ, vnã naturam diuinitatis cõfitebantur, hypostases verò substantias particulares, & atoma, id est, indiuidua vocabant, decepti categoriis Aristotelis. vnde aiebãt, ipsam naturã filij incarnatã esse, & nõ esse incarnationẽ filij communicatam, cum natura Patris, neq; cum natura Spiritus Sancti, nisi secundum bene placitum, & cooperationẽ. si enim, aiebat, dicamus absolutè diuinam naturam incarnatam esse, facimus Patrem & Spiritum S. incarnatos.

idcir-

idcircò dicendum esse, naturam diuinam Filij incarnatam esse.

Ecclesia non dicit, neq; confitetur tres naturas diuinitatis, neq; substantias particulares, neq; indiuidua. neq; enim diuisionem, neque partitionẽ subit diuinitas. incarnata verò est nõ natura Filij. non enim alia est à natura Patris, & Spiritus Sancti: sed ipse Filius vna ex trib. hypostasibus, quæ omnia, quæ sunt diuinæ naturæ habet, ita vt nihil desit, sicut Apostolus testatur, cum ait, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter.

Atomum seu indiuiduum accipit pro persona, in qua natura numericè multiplicatur; quo sensu clarum est in diuinis non esse atomũ seu indiuiduum, cum in tribus personis sit vna numero natura.

Eutyches, Dioscorus, Seuerus, hi aduersantur Nestorio, & dicunt, vsq; adeò factam esse summam vnionem in Christo, vt neq; cogitatione separari possint vnita; vnde vnus, inquiunt, exiuit natura, Christus, vniusq; naturæ est, & vnius hypóstasis, tradentes idem esse naturam & hypostasim, dicuntque Christum esse ex duabus naturis; & rursus, esse vnius naturæ.

Ecclesia confitetur factam esse vnionem secundum hypostasim; & non negat diuisionem cogitatione sola fieri ad contemplandum naturas, ex quibus vnita, & composita est per-

persona Christi. ex duabus enim naturis eum confitetur, & in duabus naturis, & duas naturas, Deum & hominem; sic Ecclesia sentiens quæ sunt diuinæ naturæ, tribuit diuinæ naturæ increatum, immortale, æternum, sine tempore, & miracula ipsa. Similiter quæ sunt humanitatis, tribuit naturæ humanæ, mutabile, mortale, esse in tempore, cœpisse, esurire, sitire, fatigari. & duas naturas confitendo dicit eundem Christum esse increatum, & creatum, in tempore, & sine tempore, sine initio, & sub initio, impassibilem, & passibilem; & neq; confusionem naturarum facit, neq; mixtionem, sed diuisionem fugit, & vnionem confitetur.

Sergius & Pyrrhus secuti Eutychem, qui vnam naturam Christi dicebat, vnam voluntatem, & vnam operationem dicunt confundentes proprietates naturarum, quarum sunt voluntates, & operationes, non distinguentes, quam voluntatem dicant, diuinam, an humanam. decepti autẽ cum audiunt voluntatem carnis, quasi ad imminutionem naturæ quam in Christo ponunt, pertineat, duas voluntates, & duas operationes negant.

Eccle-

Ecclesia conuenienter duabus naturis duas voluntates, & duas operationes inducit. natura enim rationalis vim habet volendi, & operandi. quia duas voluntates videmus, naturalem, & γνωμικὴν, id est, electionis: naturalē voluntatē habuit Christus, vt voluntatem viuēdi, vnde aiebat, Pater si poßibile est, &c. electionis verò voluntatem, id est, voluntatem personæ, qualis in nobis est, non habuit. & operabatur secundum humanam naturam, quæ erant humana; duas igitur naturas sequuntur duæ voluntates, & duæ operationes.

Apolinarius corpus Christi è cælo aiebat descendisse, & Christū carnem assumpsisse, & animam sine mente, & ratione. fuisse autem pro mēte, & ratione diuinitatē. in eo autē differebat ab Ario, quod Arius assumpsisse animā cū carne. pro anima enim satis fuisse diuinitatē.

Οἱ κοπρώνυμοι, & Iconomachi dicunt, non oportere adorare imaginem Christi, neque matris eius, neque Sanctorum, vocantque imagines eorum idola, neque reliquias Sanctorum colunt. aiunt enim per ludibrium, esse ossa mortuorum, nihilque prodesse.

Ecclesia confitetur incarnationem Christi

veram